LUDOVICI GILHAUSEN U.J.D. VIRIDARIUM JURIDICUM. IN...

Ludwig Gilhausen, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

13
10-E
17

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

31
C
12

31
C
10

13-10-E-17

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 G
12

Digitized by Google

LUDOVICI Gilhauſen
U. J. D.

VIRIDARIUM JURIDICUM.

In

QUO FLORES UTRIUSQUE JURIS IN CERTA CApita diſtincti, & ſecundum ordinem Alphabeticum in ſingulis capitibus digeſti reperiuntur.

IN EPISTOLA DEDICATORIA lector benevolus videbit huius viridarii diſpoſitionem.

FRANCOFURTI,
Ex officina Typographica Matthiæ Beckeri, Sumptibus Petri Muſculi, & Ruperti Piſtorij.
M. DC. X.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Digitized by Google

GENEROSO, VEREQ. NOBI-
liſsimis Viris & Dominis,

DN. JOANNI EBER-HARDO IN ET A Cronberg.

Sac. Cæſ. Maieſt. Proprincipi, ſacriq;
Rom. Imper. caſtri ac urbis Fridebergenſis
Burggravio Magnifico, Reverendiſſ. Archi-
epiſcopi & Electoris Moguntinenſis Conſi-
liario intimo; Et circuli Nobilitatis
Cisrhenanæ Capitaneo
ſtrenuiſſ.

Dominisq;

IOANNI GODEFRIDO Schütz ab
Holtzhauſen: *Et Ioanni in* Franckenſtayn/
S.d.caſtri Imperial. Ædilitio P P. digniſſimis,
atq; inſuper in curiis ambarum Ciuitatum,
Fridebergæ & Oppenhemiæ inter Equeſtres
conſulares Collegis ampliſſimis, Dominis
ſuis gratioſis, & perpetuæ obſer-
vantiæ cultu hono-
randiſſ.

S. P. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

QVANTAM, quamq; inſignem utilitatẽ atque fructum flores utriuſque Iuris habeant atq; proferant, Generoſe, Nobiliſſimi Strenuiſſimiq; Viri, Magnifice Domine Burg-Gravie, Ædileſq; Ampliſſimi, quale (inquam) habeant commodum; hoc jureconſultis optime notum eſt, quippe quod cauſarum deciſionibus maxime inſerviant.

Horum uſum ego aliquo modo deguſtans, per otium, flores in utroq; jure hinc inde diſperſos collegi. Cum vero dictorum florum emolumentum mecum reputarem, rem me non ingratam

tam juris ſtudioſis facturũ exiſtimavi, ſi eos in lucem emitterem. Primum, quod ipſos ordine alphabetico contexui; ut omnes facilius comperire queãt: Secundo, quod diffidentiã quæ plerumque juvenes avertit. §.2. *Inſt. De juſtit. & jur.* ipſis eximant, atque timidis adhuc ingeniis, & quæ non ſine periculo latiſſimũ Iuris Oceanum erant ſubitura, viam ſternant, per quos pedetentim difficilioribus aſſueſcãt.

Ut autem lector benevolus ſciat, quæ hujus mei viridarii ſit methodus, modo ſubſequenti diſpoſui.

In prioribus duobus capitibus axiomata generalia de per-

ſonis, & rebus tam incorporalibus quam corporalibus, quia commode ad ſequentes ſpeciales regulas referri nequeunt, poſuimus.

Caput tertium tibi matrimonialia exhibet, in quo etiam flores illos, in quibus dotium fit mentio, reperies, ſiquidem dos abſq; matrimonio eſſe nequit. *l. 3. D. de jur. dot.*

In capite quarto reperiuntur obligationes, & contractus, tam gratuiti, quã mercenarii, omnis enim obligatio deſcẽdit ex cõventione, & obligationes ut actionum matres. *l. licet. 42. §. Ea obligatio. 1. D. de procuratorib.* actiones ordine naturæ præcedere debent.

Ma-

Matrem ſuam ſequuntur filiæ, actiones nimirum, in capite quinto.

Sextum caput tibi teſtamentaria & ultimas demonſtrat voluntates, in quo, ut & in reliquis capitibus, nõ tantum illi flores, qui per directum, verum etiam, qui indirecto eo referri poſſunt, reperiuntur.

Septimum caput flores delictorum tractat, ubi etiam doli fit mentio, nam delictum eſt. *l.* 1. §. *plane.* 14. *D. de tutel. & rationib. diſtrahend.* item fraudis, quia dolo fraus ineſt. *l. Iurisgentium.* 7. §. *Sed ſi fraudandi* 10. *D. de pact.* Flores culparum non immerito huic capiti inſeruntur, quod enim

culpa lata dolus ſit, patet ex *l. magna 226. D. de verb. ſig.*

Pœnæ vero, quia delicta concomitari ſolent, proximum locum in capite ſeptimo, pœnarum flores ſibi adſcribunt. Carcerum & quæſtionum flores, quorum odor maxime nocivus eſt, etiam hîc offendes, nam quamvis carcer cum quæſtione de jure civili non ſit pœna, reſpectu ſcilicet cauſæ finalis, quia carcer de jure civili non ad vindictam, ſed tãtum ad cuſtodiam habetur, quæſtio vero ad exprimendam veritatem imponitur, tamen quo ad ipſam materiam, hoc eſt, ipſum carceratum & tortum, vere pœna ſunt, unde

illi

illi flores malodoriferi huc referuntur.

Concludit autem hoc viridarium proceſſus Iudiciarius, & perſonæ cum rebus ad proceſſum Iudiciarium pertinẽtibus, quæ omnia & ſingula lector cãdidus, ſemel tantũ hoc viridariũ perlegens, facile ſentiet, mentemq; noſtrã intelliget, & quãvis in jure noſtro utroq; peculiares habeamus titulos, qui regulas juris nobis ante oculos ponunt, attamen, ut omnes ſimul regulæ in hoc meo viridario extent, operæ pretium eſſe putavi, eas huic meo opello adjicere, & cum reliquis in jure utroque undiq; extantibus in u-

nium quaſi faſciculum colligere, ut ſtudioſus Iuris in hoc noſtro viridario, quod inſtar manualis ipſi eſſe poteſt, omnia juris axiomata ſingulis momentis ſecum habere queat.

Quia vero uſu ſatis laudato receptum atque uſitatum eſt, quod illi, qui opus illud, quod in lucem ejicere volunt, viris quibuſdam doctrina atque virtute excellentibus, atque redimitis, dirigant, atq; dedicent, ne, non tãtum ſine nomine in omnium manus evolet, verum etiam ut à zoilorum ſatanicis morſibus liberetur.

Quocirca veterẽ illum morẽ ſecutus, ſtrenuiſſimę veſtrę Magnifi-

gnificentiæ, atque Nobilitatib. ampliſſ. quæ ipſæmet literatiſsimæ, literatorum fautores optimi eſtis, hoc meum viridarium Iuridicum conſecro atq; offero, mirum in modum petens, ut benevolo vultu hanc meam dedicationem ſuſcipiatis, & me cum meis ſemper vobis commendatū habeatis. Hiſce veſtras Strenuiſſ. Magnificentias & Ampliſſ. Nobilitates Trinuno commendans. Anno æræ DoMInICæ.

Veſt. Stren. Magnif. & A.A.N.N.

Addictiſſ.

LVDoVVICVs GYLLhaVVsen DoCtor AreopYrgICVs CattVs.

CLA-

Digitized by Google

CLARISSIMI ATQUE LITERATISS. VIRI DN. M. CASPARIS GABRIELIS RASOris, Cæſarei caſtri Fridebergenſis, Secretarii digniſſimi Programma.

IUra Magiſtratus Legumq́ꝫ & Iudicis ordo,
Codice ſunt primum tradita, ſcripta acie.
Tu viridi Themidos viridaria flore recentans
Gilhuſi, à primo fonte rigata doces.
Legiferos (populum fugiens LUDOVVICE*) per hortos*
Optima delibas, optima quæq́ꝫ legis.
Colligis, areoliſq́ꝫ ſuis ſua quæq́ꝫ locando,
Diſtinctum & pulcrum corpus opusq́ꝫ refers.
Aureolæ areolæ *variis è floribus extant,*
Mellaque ſub foliis flos ſua quiſq́ꝫ gerit.
Dædala nectareos ut apis per florea Tempe
Mellifica ſapiens conſtruit arte favos:
Sic ſacer Aſtreæ in campis violaria carpis
Ludvvice, & dulces hinc quoq́ꝫ gignis opes.
Utq́ꝫ apis ingenioſa locis è pluribus hauſta
Mella ſub arcanum eſt ferre parata locum:
Sic ſparſim, Ludovice, procul quod forte jacebat,
Digerere hoc libro ſedula cura fuit.

Spicile-

Spicilegos aliis, Ludovice, relinque labores,
Florilegos ipſus fructiferosq; ſubi.
Lectorem florum, bone lector, dilige, & ipſum
Hoc reputa meſſis nunc opus eſſe tuæ.
Hinc fructus carpas, ſpernens quid cætera carpat,
Turba, placet cunctis dic mihi nunquis?
VTIS.

Eteoſtichon editionis.

LVX ego Vera DeVs, sVM, VIa, VIta, tVVs.

VIRIDA-

Digitized by Google

VIRIDARII JURIDICI

CAPUT PRIMUM.

DE PERSONIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A.

ABerrare in nullo, ſeu in omnibus irreprehenſibilem, aut inemendabilem eſſe, divinæ utique ſolius, non autem mortalis eſt conſtantiæ ſeu roboris. *cap.2.§.13.de confirm.Digeſt.*

Ab errore alios non revocans, cum poteſt, ſeipſum errare demonſtrat. *c.2.de Hæreti.*

Abſentia eius, qui reipublicæ cauſa abeſt, neque ei, neq; alii damnoſa eſſe debet. *l.Abſentia 40.D.de diverſ.reg.iur.*

Abſentibus officere non debet tempus emenſum, quod recuperandæ poſſeſſionis legibus eſt præſtitutum. *l.1.C.ſi per vim vel alio modo.*

Abſenti-

CAPUT PRIMUM

Abſentibus contra præſentium violentiam ſubveniri opus eſt. *l. final. in fin. C. ſi per vim vel alio modo.*

Abſurdum eſt, ut ab altero partem alienatam quis petat, cum partem ſuam alienando perdiderit. *l. cum pater 77. §. Donationis. 26. de legat. 2.*

Abſurdum ſatis eſt, redire ad hoc, cui renunciandum putavit. *l. ſi quis.* 11. *C. De reb. credit. & Iureiur.*

Accipere eſt quandocunque accipere. *1. q. 1. c. Eos.*

Advocati æquiparantur militibus. *l. Advocati. 14. C. de Advocat. diverſ. Iudicior.*

Æquum non eſt, in necem alterius alicui ſubvenire. *l. In cauſa. 13. in princip. D. de minorib.*

Æquo animo unuſquiſque ferre debet, ſive melior, ſive deterior eius conditio facta ſit. *l. in ſumma. 2. §. Apud Namuſam. 6. D. de aqua & aq. pluv. arcend.*

Æquitati congruit, ut veteres poſſeſſores fundorum publicorum novis conductoribus præferantur, ſi facta per alios augmenta ſuſcipiant. *l. congruit. 4. C. de locat. prædior.*

Æquum non eſt, quem videre egentẽ, quem prius habuit in conjugem vel amicum. *lib.*

lib. 2. de feud. tit. 58. de not. feudor. in prin.

Ætate minores jure quicquam agere prohibentur. *l. in quæſtione. 13. §. minores. 2. C. de ſentent. paſ.*

Ætate in nubili conſtituta, ſequi parentum non cogitur voluntatem. *c. cum virum in fin. de regularib. & tranſeuntib. ad religion.*

Affectare quiſquam non debet, in quo intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem ſuam alii damnoſam futuram. *l. idem Iuris. 8 §. mulionem 1. D. ad l. Aquil.*

Afflicto non eſt danda afflictio. *l. Divus 14. C. de offic. præſid. c. ex parte, de cleric. ægrotant.* imo potius ipſius miſeriæ miſerandum. *d. c. ex parte.*

Agendum diligentius eſt, ubi ſalus hominis vertitur *l. Addictos 29. C. de Appellat.*

Aliud eſt dare, aliud datum ſignificare. *l. Heredes 21. §. 1. D. Qui teſtament. facer. poſ.*

Alienare qui poteſt, poterit & conſentire alienationi. *l. cum quis 165. D. de diverſ. reg. iur.*

Alieno onere nullus eſt prægravandus. *l. final. C. de legit. heredib.*

Aliena quomodo poſſumus fideliter diſtribuere, qui noſtra timide reſervamus? *c. Socrates 12. q. 2.*

Aliud

Aliud eſt probaſſe deceptionis exceſſum, & aliud probare quantitatem valoris. *c. cum cauſam de teſtib.*

Alterius odio nemo eſt gravandus, *c. non debet. de reg. iur in 6.*

Amittimus quod aut conſequi potuimus, aut erogare cogimur. *l. ſi ſervum. 33. circa fin. D. ad l. Aquil.*

Amovere videtur, qui celat. *l. ſi ſervum. 71. §. amoviſſe. 6. D. de adquir. vel amittend. hereditat.*

Amicos appellare debemus non levi notitia conjunctos: Sed quibus fuerint Jura cum patrefamilias, honeſtis familiaritatis quæſita rationibus. *l. Lata. 223. §. 1. De verb. ſignif.*

Amiſſi mancipii damna ſibi debet imputare is, qui in perniciem ſuam geſta taciturnitate firmavit. *l fin. C. de his qui à non domin. manumiſ. ſunt.*

Amplior pars obtineat: ita ut quod pluribus placeat, hoc ſtatuatur. *l. final. C. Qui bon. ced. poſ.*

Antequam naſcatur quis, non poteſt dici in poteſtate patris. *l. final. D. de collat. bonor.*

Antequam ſcruteris, non reprehendas. *c. Eorum. 11. q. 3.*

Apici-

Apicibus ſummis dignitatum quod non eſt conceſſum, hoc alii ſibi non audeant vindicare. *l. final. C. de Decurionib.*

A prælatis quod agitur, facile trahitur à ſubditis in exemplum. *c. Magna. de voto.*

Artandi non ſunt, qui pene ad propria bona veniunt. *l. 1. §. largius. 12. D. de ſucceſſor. edict.*

Attendas quid liceat ſecundum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem, & quid expediat ſecundum utilitatem. *c. Magna. de voto.*

Avi potius dignitas proſit, quam obſit caſus patris, *l. Emancipatum. 7. §. 2. in fin. D. de ſenatorib.*

Avarus gratius intuetur aurum, quam ſolem. *c. ſicut. diſtinct. 47.*

Aut te non intelligo, aut valde ſtulta eſt conſultatio tua. *l. Domitius 27. D. Qui teſtam. fac. poſſ.*

B.

Beatus, qui excutit manus ſuas ab omni munere. *c. ſunt nonnulli qui. 1. q. 1.*

Beatius eſt dare quam accipere. *c. prædicatur 16. q. 1.*

Benedicere aliis eum, qui vulnera ſua curare de-

re debet, conſequens non eſt. *c. presbyter. diſtinct. 28.*

Blandiuntur ſibi, qui putant, honorarios tutores omnino non teneri. *l. ſi plures. 3 §. 2. in fi. D. de adminiſt. & pericul tutor.*

Bona fides tantundem poſſidenti præſtat, quantum veritas, quoties lex impedimẽto non eſt. *l Bona 136. D. de diverſ. reg. iur.*

Boni à malis ſemper perſequuntur & tribulantur. *c. nulli. 3. q. 1.*

Bono & æquo non convenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum ſentire per alterius lucrum. *l. 6. in fi. D. de iur. dot.*

Bonus ſemel ſemper talis præſumitur. *l. Non omnes 5. §. A barbaris 6. D. de re milit.*

Bonus præſumitur, qui eſt bonæ nationis: malus vero qui eſt infamatæ nationis. *l. Quod ſi nolit. 31. § Qui mancipia. 12. D. de ædilit. edict.*

C.

CAlamitas matris non debet nocere ei, qui in ventre eſt *l. Et ſervorum. 5. §. 2. in fin. D. de ſtat. homi. inſt. de ingen.*

Captus non videtur, qui rem ſibi pernéceſſariam licet mortalem comparavit. *l. verum. 11. § Item. 4. D. de minorib.*

Caſtra-

Digitized by Google

Caſtratus pretioſior efficitur. *l. ſi ſervus. 27. §. Et ſi puerum. 28. D. ad l. Aquil.*

Caſibus futuris debemus diligenter occurrere. *c. In nomine diſtinct 23.*

Caſum appetit, qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta quærit aſcenſum. *c. ſicut. diſtinct. 48.*

Cauſis, ex quibus retentionem quidem habemus, petitionem autem non habemus, ea ſi ſolverimus, repetere non poſſumus. *l. 51. D. de condict. indeb.*

Caviſſe non videtur, qui non omnibus cavit. *c. 1. §. ſi cum duobus. 13 D. de collat. bonor.*

Certus qui eſt, certiorari non debet. *l. Item veniunt. 20. §. petitam. 11. D. de petit. heredit. l. 1. in prin. D. de action. empt. & vendit. c. eum qui. de reg. iur. in 6.*

Certus eſſe debet de jure ſuo, qui repudiat. *l. in repudianda. 23. D. de adquir. vel amit. hereditat.*

Certus quiſque eſſe debet de facto ſuo. *l. cum falſum 46. D. de adquir. vel amit. hereditat.*

Cives alias quam per portas egredi non licet. *l. fin. D. de rer. diviſ.*

Clam facit, qui controverſiam ſe habiturum putat. *l. Quo 73. §. 2. D. de diver. reg. iur.*

Clerici jurare prohibentur. *l. cum clericis 25. §. 1.*

Digitized by Google

§.1. in fine C. de Epiſcopis & Clericis.

Clericis opprobrioſum eſt, ſi peritos ſe velint oſtendere diſceptationum forenſium. *l. Repetita.41. C. de Epiſcop. & Cleric. l.23. C. de teſtament.*

Clerici ex prædiorum poſſeſſionibus Imperatori ſunt obnoxii. *c. ſi qua cauſa. 11. quæſt.1.*

Crudele eſſe videtur, eum qui non ſentit, ingratum exiſtimari. *l. ſi quis.33. in fin. C. de inoffícioſ. teſtament.*

Cruciatum magnum ſuſtinet, qui vim patitur. *c. nulli. in fin. 3. q.1.*

Coactus fallens nihil agit. *l. qui in aliena. 6. §. fin. D. de adquir. vel amit. heredit.*

Coactus magis pati, quam agere reputatur. *c. ſacris. de his quæ vi metuſve.*

Cognatum ulteriorem proximioribus præferre nemo poteſt. *l.52. §.9. D. pro ſocio.*

Cognati quaſi ex uno nati dicuntur. *l.1. §.1. D. unde cognati.*

Cogi nemo poteſt, ut vicino proſit, ſed ne noceat. *l. in ſumma 2. §. Item.5. D. de aqua & aq. pluv. arcend.*

Colonus ante omnia curare debet, ut opera ruſtica ſuo quæq; tempore faciat. *l. ſi merces. 25. §. conductor. 3. D. Locati.*

Colonus modicum damnum æquo animo ferre

ferre debet, cui immodicum lucrum non aufertur. *d. l ſi merces. 25. §. vis 6. D. Locati.*

Colluſione alterius aut inertia non debet alteri jus corrumpi. *l. ſi pariter. 9. D. de liberal. cauſ.*

Commodius eſt adverſarium ad onera petitoris compellere, quam alio poſſidente petere. *l. is. qui. 24. D. de rei vendicat. §. Retinendæ. 4. Inſt. de interdict.*

Communiter, quæ omnibus proſunt, iis, quę ſpecialiter quibuſdam utilia ſunt, præponimus. *Novel. 39. tit. de reſtitutionib. cap. Quamobrem 1.*

Commodius eſt neutrum juvari, quam gravari alterum. *c. deniq; 14 q. 5.*

Compertum eſt non omnes ex bona fide elogia ſcribere, *l. ſi confeſſus 5. D. de cuſtod. & exhibit. reor.*

Conceptus quodammodo in rerum natura eſſe exiſtimatur. *l. vel ſi. 6. D. de ſuis & legit. heredib.*

Conditio fœminarum in multis eſt deterior quam maſculorum. *l. in multis 9. D. de ſtat. homin.*

Conditio iniqua non debet alteri per alterum inferri. *l. Non debet. 74. D. de diverſ. reg. iur.*

Conditionis melioris non debeo eſſe, quam autor

autor meus, à quo jus in me tranſit. *l. in his 175. D. de div. reg. iur.*

Concedendum non eſt ſingulis, quod per magiſtratum publice poſſit fieri: ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi. *l. non eſt l. 176. D. de diverſ. reg. iur.*

Conditio, quæ perſonæ cohæret, immutari non poteſt. *l. ea quidem 5. C. ſi mancip. ita fuerit alienat. ut manumit.*

Confeſſus perperam incommodo afficitur. *l. qui interrogatur 5. D. de interrogat.*

Confeſſio patris, grande præjudicium adfert pro filio. *l. 1. §. Iulianus 12. in fin. D. de liber. agnoſcend.*

Confeſſus in jure ſuam confeſſionem infirmare non poteſt. *l. 29. §. 1. D. de donat.*

Confeſſus in jure pro judicato habetur. *l. 56. D. de re Iud. l. ſicut. 4. C. de repudiand. vel abſtinend. heredit. l. un. C. de confeſ.*

Conjunctis in perſonis ſub liberalitatis appellatione debitum naturale perſolvitur. *l. unic. in verſ. aque. C. de imponend. lucrativ. deſcript.*

Conſentit, qui cauſam contradicendi non habet. *l. Dotem. 37. D. ſolut. matrimon.*

Conſentire non videtur, qui ſentire non poteſt. *l. ſi tibi 8. §. 2. de option. legat.*

Conſentientes & ſcientes non fraudantur. *l.*

Quod

Quod autem 6.§.9. D. Quæ in fraudem creditor.

Conſentire non videntur, qui errant. *l Nihil. 116. in fin. D. de diuerſ. reg Iur.*

Conſilium ſuum nemo poteſt mutare in alterius iniuriam. *l. Nemo. 75 D. de diuerſ. reg. Iur.*

Cuius donum vel munus frequentius aſpicitur, huius memoria ſtrictius retinetur. *Cle. 1.§. ô memoriale. de reliquiis.*

Cultum ad DEI quantum, non eſt maſculus, neque fœmina, neque liber, neque ſeruus: Omnes enim in Chriſto vnam mercedem percipimus. *Nouel. 5. de Monach. cap. 2 in princ.*

Cur ego te habeam vt Principem, cum tu me non habeas vt ſenatorem? *cap. eſto. Diſtinctione 95.*

Cur cum puras aquas haurire liceat, lutum tu mauis? *Conſtit. Leon. 91. vt concub. haber. non lic.*

D.

DAmnũ nemo facit, niſi qui id fecit, quod facere ius non habet. *l. Nemo 151. D. de diuerſ. reg. Iur.*

Damnum is dat, qui iubet dare. *l Is. 169. D. de diu. reg. Iur.*

Damna fatalia nemo præſtare cogitur. *l. cum duobus. 52. §. damna. 3 D. pro ſocio.*

Dare qui voluit & recuſatur proximus eſt danti. *Novel. 91. ut exactione inſtante. cap. illud. 2.*

Data nõ videntur, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt. *l. non. 167. D. de diverſ. reg. jur.*

Debet ante eſſe diſcipulus, qui Doctor eſſe deſiderat *c. ordinatus. diſt. 59.*

Debiles etſi per ſe pugnare non poſſunt, maturitate tamen conſilij adeſſe valent pugnantibus, & perſonæ defectum per alios relevare. *c. ex multa. §. quamuis de vot.*

Debet ei non imputari, per quem non ſtat, ſi nõ faciat, quod per eum fuerat faciendum. *c. imputari. de reg. jur. in 6.*

Decet, ut omnes qui ejuſdem corporis ſunt, unius etiam ſint voluntatis, & ſicut fratres ad invicem vinculo caritatis ſint adſtricti. *Clement. 1. §. verum quia, de exceſ. prælator.*

De domo ſua nemo extrahi debet. *l. ſed etſi is, 20. D. de in jus voc. l. nemo. 103. D. de diverſ. reg. jur.*

Deferre ſe nemo cogitur, quod theſaurum invenerit. *l. 3. §. fin. D. de jure fiſc.*

Defenſor nemo in aliena re ſine ſatisdatione ido-

idoneus eſſe creditur. *§.1. Inſt.de ſatiſdat. l. proprio 46. §.1. D.de procurator.*

Defenſionibus pluribus nullus uti prohibetur. *c.nullus. de reg.jur.in 6.*

Denegans de uno, de aliis concedere videtur. *l cum prætor.12.in princ D.de judic.*

De proximo cingendus habetur pro cincto. *l.filiusfamilias 43. D.de teſtam.milit.*

Deus res penitus deſperatas donare & conſummare ſuæ virtutis magnitudine poteſt. *§ 2.in fin.de concept.digeſt.*

Deus inter juramentum & ſimplicem querelam non facit differentiam. *ca.juramenti. 22.q.5.*

Deus non vult mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur & vivat. *Novell.77. ut non luxur. homin.cont nat.in præfa. & Novell.141.edictum de his qui luxur. cont. nat. in præfat.*

Deum in omnib. cauſis pro hominibus judicem eſſe credendum eſt *l cum.2.§.ſic enim.8.C de jurejur.propt.cal.dan.*

Deus eſt communis omnib.pater. *Novell 98. neq; virum q ex dote eſt.c.illud quoq;.2.in fi.*

Deo ſimul & juſtitia nihil majus exiſtit, abſq; his enim nihil unquam commode geri poteſt. *Novell 164.de hære.in princ.*

Deum convenit imitari, qui ſolem ſuum fa-

dit oriri ſuper bonos & malos. *cap.final. diſtinctione 28.*

Deus cujus vult miſeretur,& quem vult indurat. *c.de Iudæis. diſt.45.*

Dei quæ ſunt,ab homine dari non poſſunt. *c. plerique.8.q.1.*

Deo ſervientibus beneficium negare nõ convenit *c.Chriſtianis. in princ.11.q.1.*

Deo magis oportet ſervire quam hominibus. *c.Iuratos.15.q.6.*

Difficile eſt,ut unus vicem duorum ſuſtineat. *l.ſi plures.9. D.de pact.*

Difficilimum eſt juſtum dolorem temperare. *l.ſi adulterium.38.§.8. D.Ad l.Iul.de adulteriis.*

Difficile eſt duobus locis domicilium habere, quemadmodum difficile eſt ſine domicilio eſſe. *l.ejus.27.§.2.D ad Municip.*

Differentia ſit inter deſides & vigilantes. *l. 2. C.de annal except.*

Diffidentia plerunque juvenes avertit. *§.2. Inſtit.de juſt.& jur.*

Dignitatis in uno eodemque genere prior eſſe debet, qui prior meruit dignitatem. *L. 1. C.de conſulib.*

Diligentior deterioris conditionis eſſe non debet. *l. in compenſationem. 8. D. de compenſat.*

Diligen-

Diligentiam quiſque in ſuo officio præſtare tenetur. *l.3. C. de offic. Præfect. Prætor. Orientis.*

Diomedes & Glaucus diſſimilia inter ſe permutarunt. *de jur. docend. ration. in fin.*

Diplomate falſo uti non licet. *l. eos. 27. §. 3. D. ad l. Cornel. de falſ.*

Diſcipuli, omnibus legitimis eis reſeratis, nihil habent abſconditum. *de jur. docend. ration § 6.*

Diſcordes concurſu ſe impediunt. *l. Quoties. 34 D. de uſufruct & quemad.*

Diſſimulare quis debet, ne curioſus videatur *l. Doli. 19. in fin. D. de novat.*

Diſponat unuſquiſque ſuper ſuis, ut dignum eſt, & ſit lex ejus voluntas. *Novell. 22. de nupt. c. ſecundum vero. 2.*

Diverſitas perſonarum diverſam requirit medicinam. *c. ſi res aliena. in fi. 14. q. 6.*

Divinare nemo poteſt. *l ſi putator. 31. in fi. D. ad l. Aquil c. 1. ut eccleſiaſt. benef.*

Doctores excellere oportet morib⁹ primum, deinde facundia. *l. Magiſtros. 7. de Profeſſ r. & Medic.*

Docere alios qui debet, ab aliis doceri non debet. *Novell. 123 de Sanctiſſ. Epiſc. c ſancimus 1. §. Damus 2.*

Dolorem juſtum exequenti non eſt reſiſtendum.

Digitized by Google

dum. *l. ſi quis. 3. § ſi tamen. 3. D. de SConſulto Syllan.*

Dominus membrorum ſuorum nemo videtur. *l. liber homo. 13. D. ad l. Aquil.*

Dominus qꝫ præſtat, nõ ſervũ excuſat, ſed dominũ onerat. *l. 2. §. 1. in fi. D. de nox. action.*

Domini in poteſtatem veniſſe videri rem furtivam, ſi ejus vindicandæ poteſtatem habuerit. *l. poteſtatis. 215. D. de verb. ſig.*

Dominorum poteſtatem in ſervos ſuos illibatam eſſe oportet, nec cuiquam hominum jus ſuum detrahi. *§. 2. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.*

Domeſticorum immoderata familiaritas reprobatur. *diſtinct. 54. in princ.*

Domino libat proſpera, qui ab afflictis pellit adverſa. *c. facientis. diſt. 86.*

Dominii univerſalis in ſignum, dominus ſibi decimas reſervavit. *c. cum non. de decimis.*

Dubitans dubitanter reſpondere debet. *lib. 2. feud. tit. 26. ſi de feud. defunct. content ſit inter dom. & agnat. vaſall. §. vaſallus el 2.*

Dubitans ignoranti æquiparatur. *l. ult. §. ſin autem neſcius. C. de furt.*

Duobus locis domicilium quis habere poteſt. *l. adſumptio. 6. § 2. D. ad municipal.*

Duplici damno nemo debet onerari. *l. navis. 4. §. 2. D. ad l. Rhod. de jact.*

Ea quæ

E.

EA quæ voluntarie gerimus, non extendũtur ultra quam gerantur. *l. cum te. 4. C. ne uxor pro marito.*

Ea docenda ſunt, quæ auditorum ingenijs conveniunt. *c. oportet. 8. q. 1.*

Errantibus non ſtultis ſolet ſuccurri. *l. regula, 9. §. 5. verſ. quod ſi ideo, D. de jur & fact ignoran.*

Errantis nulla voluntas eſt. *l. ſed hoc, 20. D. de aqua & aqu. pluv. arcend.*

Erranti ignoſcendum eſt. *l. fin. §. divus, 9. D. de publica & vectigal.*

Errans rem ſuam non amittit. *l. ſi procurator, 35. D. de adquir. rer. domin.*

Error librarij non nocet. *l. ſi librarius, 92. D. de div. reg. jur.*

Errantibus non fallentibus minoribus jura ſubveniunt. *l. ſi is, 2. C. ſi minor ſe major. dixer.*

Erubeſcimus ſine lege loqui. *Novel. 18. de trient. & ſemiſ. c. conſideremus, 5. in princ.*

Etſi alterum pedem in tumulo haberem: nõ pigeret aliquid addiſcere. *l. apud. 20. D. de fideicommiſ. libertatib.*

Evenit plerumque, ut quod alteri ſupereſt, alteri deſit. *l. 1. in princ. D. de contrahend. emption.*

Ex bona fide non eſt, dominum prædoni reſtituere compelli. *l. Bona fides. 31. in fin. D. depoſ.*

Excludatur à petitione, qui non dubitauit inuadere, quod petere debuiſſet. *l. vnic. C de ſuffrag.*

Ex deſidia alterius, alteri non accedat iactura. *l. fin. in fin. C. de pact. conuent.*

Exempla mala vitanda ſunt. *l. obſeruandum. 47. D. de iudiciis.*

Exemplo peſſimum eſt, fœminino vocabulo etiam maſculos contineri. *l. ſi ita ſit. 45. de legat. 2.*

Exercere quod quis ſuo nomine prohibetur, id ne per ſubiectam perſonam agere debet. *l. Non vtique. 2. D. de adminiſt. rer. ad ciuitat. pertinent.*

F.

FAcias hoc alij, quod tibi vis fieri, & è contra. *c. 1. diſtinct. 1*

Factum qui ſubtiliter emendat, laudabilior eſt eo, qui primus inuenit. *de concept. Digeſt. §. 6. in fin.*

Factum aduerſus ſuum quis mouere controuerſiam prohibetur. *l. poſt mortem 25. D. de adoptionib.*

Factum

Factum quod non jure eſt, poteſt à principe his adhibitis, qui contradicerent, & confirmatione læderentur, confirmari. *l. Adoptio.38 cum l.ſeq. D.de adoptionib.*

Factum alterius ei nocere non debet, qui nihil fecit. *l.final. D ad SCtum Syllania. l.de pupillo.5.§ 5.de oper.novi nuntiat. l.factum. 155.D.de div.reg.jur.*

Facere qui poteſt, ut poſſit conditioni parere, jam poſſe videtur. *l.Qui.174.D.de div. reg.jur.*

Facultatem liberam reſiſtendi cunctis tribuimus. *l.1.C.Quando liceat unicuique ſine judic.ſe vindic.*

Familiam duo non faciunt. *l.deteſtatio.40.in fin.de verb.ſignif.*

Famam ſuam qui negligit, crudelis eſt. 12.*q. 1.c.Nolo ut aliquis.*

Fataliter quod acceſſit, matri damnum injungere non debet. *l.Quæret.135.in fine.D. de verb.ſignif.*

Favore quorundam quod conſtitutum eſt, in eorum læſionem non debet retorqueri. *l. Quod favore.6 C.de legib.*

Favendum eſt jus ſuum perſequētibus, quam certantibus de lucro. *l.ſcimus.22.§.Sin vero.5.C.de jur.deliber.*

Fatuus fatua loquitur. *c.legimus. diſt.93.*

Ferendus eſt pudorem ſuum purgans. *l. quæ omnia.25.D.de procurat.*

Ferendus non eſt, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit. *l.uni.§ 4.in fi.C.de caduc.toll.*

Feſtinans ad utrunq; neutrum bene peragit. *l.nemo.14.C.de adſeſſorib.*

Fides cuilibet contra ſe habetur. *l. de ætate.11. §.1.D.de interrogat.*

Fidem fallere grave eſt. *l.1. D.de conſtitut. pecu.*

Fides hoſti data ſervanda eſt. *23 quæſt 2.cap. noli.*

Filiusfamilias in publicis cauſis loco patrisſ familias habetur *l.9 D.de his qui ſunt ſui vel alien.jur.*

Filius in rem patris author eſſe non poteſt *l. quod dicimus.7.in fin.D de author.& conſen.tutor.*

Filius vivente patre quodammodo dominus eſt rerum paternarum. *l.in ſuis 11.D de liber.& poſthu.hære l.inſtit §.ſui autem 2 Inſtit.de hæred.qual & differ.*

Filii non eſt modica ignominia, ſi parentem ſervum habeat. *l.1.§.1 D de liber.cauſ.*

Filiusfamilias domicilium habet, ubi ipſe conſtituit. *l.placet.3.cum l.ſeq D.ad municipal.*

Filii

Filij magis meritis ad paterna obſequia ſunt provocandi, quam pactionibus aſtringendi. *l ſi quando, 35. §. 1. Cod. de inoffic. teſtament.*

Fiſcus petit quod indignus perdit *l. Papinianus, 8. §. meminiſſe, 14. D de inofficioſo teſtamen.*

Fiſcus ſemper eſt ſolvendo. *l. 2. D. de fund. dotali.*

Fiſcus cum ſuo onere res vendicat. *l. in facto, 60. in fin. D. de condit & demonſtr.*

Fiſcus non ſolet ſatiſdare *l. 1. §. 28. D. ut legator. ſeu fideicom. ſervand. cauſ. cav.*

Fiſco bona vacantia recte deferri placuit. *l. 2. in fin. D. de ſucceſſ. edict.*

Fiſcus jure privati utitur. *l. 1. C. de petit. hæred.*

Fiſcus quod jus habet in aliena calamitate, ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur? *l 1. C. de naufrag.*

Fiſcus abundat utens ſubjectis locupletibus. *Novel. 8. ut judices ſine quoque ſuffrag. fiant in præfat. §. cogitatio, 1. verſ. cōſideravimus.*

Fiſcalia tributa vigilanter exigi oportet. *Novel. 17. de mandat. princ. c. oportet, 1.*

Fiſcus hoc tollit, quod non accipit Chriſtus. *16. q. 7. c. maiores.*

Fœminæ civilibus officijs fungi non debent. *l. cum prætor. 12. §. nō autem, 2. D. de judiciis, 6. di-*

c. dilecti. de arbitris. l. fœmina. 2. D. de div. reg. Iur.

Fœminarum maximum ac præcipuum munus eſt, accipere ac tueri conceptū. *l. Quæritur. 14. § 1. D. de ædil. edict.*

Fœminæ ipſius conſilium plærunq; adverſus commoda propria laborare inuenitur. *l. ſi pater. 4. in fin. C. de ſponſal.*

Fœmina varium & mutabile ſemper producit. *c. forus. de verb. ſign.*

Formidoloſi & ea timent, quæ nulla digna ſunt ſuſpicione. *l. ſcimus. 22. in fine princ. C. de Iur. delib.*

Fructuarius cauſam proprietatis deteriorem facere non debet, meliorem facere poteſt. *l. ſi cuius. 13. § 4. D. de uſuſruct. & quemadmod.*

Fruſtratio ſua nemini prodeſſe debet. *l. Hominem. 37. in fin. D. Manda.*

Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſervari, cui fidem à ſe præſtitam ſervare recuſat. *c. Fruſtra. de reg. Iur. in 6.*

Furioſi nulla voluntas eſt. *l. Qui ſervum. 47. D. de adquir. vel amittend. hæred.* Item nullus conſenſus. *l. 2. C. de contrahen. empt. & vendit.*

Furioſus abſentis loco eſt. *l. ubi 124. § 1. D. de diverſ. reg. iur.*

Gladij

Digitized by Google

G.

GLadii poteſtatem ad alium transferre nemo poteſt. *l. Nemo. 70. D. de diverſ. reg. iur.*

Gradu is cæteros antecedit, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. *l. Nemo. 2. C. de offic. magiſt. officior.*

Gratias, beneficientibus nobis, agere tenemur. *l. cum quis. 10. Cod. de natura lib. liber.*

Gratioſe quod alicui conceditur, trahi non debet ab alijs in exemplum *c. Quod alicui. de reg. iur. in 6.*

Gratis quod fit, non debet ad neceſſitatem perduci. *l. Litibus. 20. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.*

Grave eſt inexpertos hominum obſequijs ſociari. *19. q. 3. c. Monaſteriis.*

Gravius fit, quod ex voluntate, quam quod ex temeritate vel infirmitate procedit. *22. q. 2. c. beatus. in fin.*

H.

HAbere quædam poſſumus, etſi nobis utilia non ſint. *l. Ei fundo. 19. D. de ſervitutibus.*

Habere dupliciter accipitur; nam & cum habere

bere dicimus, qui rei dominus eſt: & eum qui dominus quidem non eſt, ſed tenet, denique habere rem apud nos depoſitam ſolemus dicere. *l ſtipulatio. 38. §. habere.9. de verb.oblig.*

Habens regulam pro ſe, habet fundatam intentionem. *l.ab ea parte. 5. D.de probation.*

Hodie conſtat, hodie agatur. *l ſi is.3.D.ut in poſſeſ.legator.*

Homines ſunt faciles ad diſſentiendum. *l. itē ſi unus.17.§ 6.D de recept.qui arbit.*

Homo ad caput cognoſcitur. *l.cum in.44.D. de relig & ſumptib funer.*

Hominum nonnulli faciles ſunt ad jurandum contemptu religionis, alij perquam timidi metu divini numinis uſq; ad ſuperſtitionem. *l. quæ ſub.8. D de condition.Inſtitut.*

Homines decem faciũt populum & turbam, duo vero rixam. *l. prætor. 4.§.turbam.3.D. de vi bonor.raptor.*

Homines ſæpe de facultatibus ſuis amplius quam in his eſt ſperant. *l.in fraudem.10.qui & à quibus manumiſ. Inſtit. quib. ex cauſ. manumit.non lic.*

Homines contra deſides & ſui juris contemptores, odioſæ exceptiones oppoſitæ ſunt. *l.final.in fin.C.de annal.except.*

Homi-

Hominum omnium pene ſimilis natura eſt. *l. veteris. 13. in fin. C. de contrahend. & committen. ſtipulat.*

Hominum nefandiſſimorum arrogantia modis omnibus opprimatur. *l. 1. C. de privat. carcer.*

Hominum dicta ex perſonis penſamus. *l. uni. C. ſi quis Imper. maledix.*

Hominibus omnibus terminus vitę eſt mors. *Novell. 1. de hared. & Falcid. c. 1. in fin.*

Homo manus comprimere, non animum mutare poteſt. *c. ſicut hi. in fi. diſt. 47.*

Hominum aliorum cauſas Deus voluit per homines terminare. *9. q. 3. c. aliorum.*

Hominum excreſcente malitia, ſimplici aſſertioni vel negationi vix creditur. *cap. etſi Chriſtus. de jurejur.*

Homo quicquid plus juſto appetit, turpe lucrum eſt. *cap. 1. ne clerici vel monachi ſeçularibus.*

Honeſtiores non ſolent pati nomina ſua inſtrumentis inſcribi. *l. pupillus. 5. §. ſane. 4. D. de author. & conſenſ. tut.*

Honeſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus. *l. 2. D. de his qui ſunt ſui vel alieni juris.*

Honeſti hominis nomen aſſumere nihil mali eſt. *l. facta. 63. §. ſi vero. 10. 20. D. ad SC Treb.*

Honor

Honor perſonis non habetur, ſed interventoribus ipſorum. *l Licet. 7. D. de obſeq. parent. & patron. praſtand.*

Honeſte tametſi quædam accipiuntur, inhoneſte tamen petuntur. *l. 1. §. 5. D. de extraord. cognit.*

Honores aliorum, aliis damnorum occaſionem fieri non oportet. *l. Et virtutum. 4. C. de ſtatuis & imaginib.*

Honor naturali ratione patrono debetur. *l. venia 2. C de in jus voc.*

Honor parentibus, patrono vel patronæ, maneat in omnibus illibatus atq; intactus. *l 2. C. Qui & adverſ quos in integ. reſt. non poſſ.*

Honoribus majoribus functos, ad minores devocari non oportere rationis eſt. *l. 2. C. Quemad. civil muner. indic.*

Honeſtius eſt obſequi tenuioribus, quã turpiter ſervire divitibus. *l. Archiatri. 9. C. de Profeſſor. & Medic.*

Honores paternos filiis invidere non oportet. *l. ſi ſenator. 11. C. de dignitatib.*

Honorentur, qui contingere noſtram purpuram digni ſunt æſtimati. *l. 1. C. de domeſtic. & protectorib.*

Honoris prærogativa qui lætantur, hi authoritate fungantur ampliori. *cap. 1. de offic. legat. in 6.*

Hoſpitis

Hoſpitis in arbitrio eſt, ne quem recipiat. *l.1. §.1. D. Nauta, Caupo. Stabula.*

Hoſtem fugere licet. *l 17 §. Caſſius. 2. D. de ad:l ed:ct.*

Humanitatis eſt proſpicere egenis, ac dare operam, ut pauperibus alimenta non deſint. *l. Privilegia. 12. C. de SS. Eccleſ.*

I.

IDoneus quilibet prima facie præſumitur. *a fin. de præſumpt.*

Ignorantis & inviti conditio melior, non deterior fieri poteſt. *l. Solvendo. 39. D. de nego. geſt.*

Ignorans non contemnit auctoritatem principis vel magiſtratus. *l. ſi ignorans. 50. D. Locati.*

Ignorans rectius invitus dicitur, quam qui diſſentit. *l. in eo Iure 45. §. 5. D. de ritu nuptiar.*

Ignoſcēdum eſt ei, qui ſanguinem ſuum qualiter qualiter redemptum voluit. *l. 1. D. de bon. eor. qui ante ſentent.*

Ignominia ſacerdoti eſt, propriis ſtudere divitiis. *12. q. 2 c. gloria Epiſcopi.*

Ignorans non tam paciſcitur, quam decipitur. *l. Qui cum 9. § 2. D. de tranſact.*

Ignoſcendum eſt ei, qui provocatus ſe voluit ulci-

ulciſci. *l. qui cum 14. §. 6. D. de bon. libertor.*

Illiciti jurisjurandi tranſgreſſio magis placet Deo, quam jurisjurandi obſervatio. *Novel. 51. Scenicas non ſolum, in præfat.*

Ille ſolus habet jus interpretandi canones & leges, qui eis jus & auctoritatem impartit. *11. q. 1. c. ſicut. §. ex his.*

Illicitorum veniam poſtulantem oportet etjam à multis licitis abſtinere: quia omnia licent, ſed non omnia expediunt. *11. q. 1. c. aliud.*

Illuſio & variatio in perſonis Eccleſiaſticis maxime ſunt vitandæ. *Clemen. 1. de renunciat.*

Immunitate digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. *l. unic. C. de præpoſ. labor.*

Imputet ſibi qui nimis fuit credulus. *l. 1. §. 2. D. de eo, per quem factum.*

Impuberis aliquæ operæ eſſe poſſunt. *l. cæterum 31. D. de rei vendica.*

Imputet ſibi qui imperitum adhibet. *l. 1. §. 1. D. ſi menſor falſ. mod. dixe.*

Impenſæ ad eum pertinent, qui utendum accepit. *l. in rebus. 18. § poſſunt. 2. D. commoda.*

Imperator mundi dominus eſt. *l. deprecatio. 9. D. ad l. Rhod. de iact.*

Imple-

Digitized by Google

Implere ex ſuo latere is debet, qui contra adverſàrium pro implemento experiri vult. *l. Iulianus. 13 §. offerri. 8 D. de actionibus empt.*

Impendio ſuo dare debet unuſquiſque, quod ſpopondit. *l. quod niſi* 20. *D. de oper. libertorum.*

Improbus eſt, qui vult iterum conſequi, quod accepit. *l ſi quis. 51. in fin. D. de re judicat.*

Imperitia hominum & ruſticitas nihil eis poterit afferre pręjudicii. *l. 1. §. 1. C. de rei uxor. action.*

Imperatoriàm majeſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam, ut utrumq; tempus & bellorum & pacis recte poſſit gubernari. *in proœm. Inſtit. in princ.*

Imputet ſibi, qui negligens fuit in ſua juſtitia proſequenda. *cap. dilecto. de verborum ſignificat.*

Importunitatem per nimiam non concedenda, multoties conceduntur. *c. deteſtanda. de conceſſ. prabend in 6.*

Imperator illa tollere non poteſt, quæ juris naturalis ſunt. *Clem. 1 § cæterum. de ſenten. & re judic.*

Inani

Inani honeſtatis colore velatur, ut homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur. *l. dudum. 14. C de contrah. empt.*

Inconveniens eſt, omiſſis initiis atque origine non repetita, & illotis manibus protinus materiam tractare. *l. 1. D. de orig. jur.*

Incivile eſt, niſi tota lege perſpecta, una aliqua particula ejus propoſita, judicare vel reſpondere *l. 24. D. de legib.*

Incola eſt, qui aliqua regione domicilium ſuum contulit. *l. pupillus. 239. D. de verbor. ſignif.*

Incolas domicilium facit. *l. cives. 7. C. de Incol.*

Incognita & occulta illi ſunt relinquenda, qui ſolus novit corda. *2 q. 4. c. conſuluiſti.*

Indignus inferiori ordine, indignior eſt ſuperiore *l. Qui indignus. 4. D de ſenatorib.*

Indecorum eſt patrem à filio regi. *l. his qui. 12. D de tutorib. & curatorib. dat.*

Indignum eſt, quod ſua quiſque voce dilucide proteſtatus eſt, id in eundem caſum infirmare, teſtimonioque proprio reſiſtere. *l. generaliter 13. in fine. C. de non numerat. pecun.*

Indignum eſt, ſuperiores pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis deſpiciunt pati. *3. q. 5. c. Accuſationes.*

In dan-

In dando ſi facilis fuit largitas, quod majus eſt, ſit facilior in concedendo, quod minus eſt, facta largitas; Majus enim fuit poſſeſſionem dare, quam ſit inveſtituram concedere. *16 q. 2. c. viſis.*

Indecens omnino probatur prius ſolvere militiæ cingulum, quam cedat victori adverſitas præliorum. *c. Literas. 1. de renuntiat.*

Indignum quem non novi, dignum debeo æſtimare *c. uni. de ſcrut. in ord. faciend.*

Indecorum eſt, quod hi debeant Eccleſias regere, qui non noverint gubernare ſe ipſos. *c. indecorum. de ætat. & qualit. & ord. præficiend.*

Indignum eſt eis ab Eccleſia ſubveniri, per quos conſtat in Eccleſia ſcandalum generari. *c. Sacerdotibus. Ne clerici vel monachi ſecular.*

Indignum eſt, ut pro ſpiritualibus facere quis homagium compellatur. *c. ſi. D. de reg. iur.*

In ejus diſpendium non eſt retorquendum, quod ob gratiam alicujus conceditur. *cap. Quod ob gratiam. de reg. jur. in 6.*

Infantis judicium ſuppletur authoritate tutoris. *l. Quamvis 32. §. 2. D. de acquir. vel amit. hæred.*

Inficiantibus auxilium diviſionis non eſt indulgen-

dulgendum. *l ſi dubitet 10. §. 1. D. de fidejuſſoribus.*

Infantem innocentia conſilii tuetur; furioſum fati infelicitas excuſat. *l. infans. 12. D. ad l. Cornel. de ſicar.*

Infortunium hominum expenſarum detrimento prægravari non debet. *l. tam dementis. 28. in fin. C. de Epiſc. aud. l. 25. in fin. C. de nupt.*

Infans ante partum oneroſus: doloroſus in partu: poſt partum laborioſus eſſe noſcitur. *c. fin. de converſ. infidel.*

Ingenui, non ſervi, ſolent certare. *l. qua actione. 7 § ſi quis 4 D. ad l. Aquil*

In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veroſimiliter in ſpecie conceſſurus. *c. in generali. de reg iur. in 6.*

In his, quæ contra rationem juris conſtituta ſunt: non poſſumus ſequi regulam juris. *l. 15. D. de legib. l. quod. 141. D de diverſ. reg. jur.*

Inhumanum valde eſt à nemine accipere: ſed paſſim viliſſimum, & per omnia avariſſimum. *l. ſolent. §. tertio. D. de officio proconſul.*

Inhumanum eſt, nimis in collectione affligere, cui debuerat ex collectis, ſi eſſet neceſſitas, miſereri. *c. licet. de cenſib.*

Iniquum

Iniquum eſt, de alieno facto alium juvare. *l. Marcellus. 11. §. 2 D de actio. rer. amot.*

Iniquum eſt patrem egere, cum filius ſit in facultatibus *l. ſi quis. 5. §. 15. D. de agnoſcen. liber.*

Iniquum eſt, cuique damnoſum eſſe ſuum officium. *l. ſed ſi quis. D. teſtamen quemad. aperian. l. ſi ſervus. 61. §. quod vero. 5. D. de furt.*

Iniquum eſt facto tutoris pupillum adfici. *l. neq; infantes. 36. de fideicommiſ. libertatib.*

Iniquum eſt, ut contra paternam volūtatem redempti forſitan tutoris aut curatoris admittatur arbitrium. *l ſi pater. 4. C. de ſpōſal.*

Iniquum & abſurdum eſt, ut imperiti magiſtris, novi antiquis præferantur, rudes emeritis *c. ſtatuimus. diſtin. 61.*

In majoribus eſt regendi & jubendi poteſtas, in minoribus obſequēdi poteſtas. *c. quamvis. diſtin. 21.*

In malis promiſſis fidem non expedit obſervari. *c. in malis D. de reg. jur. in 6.*

Innocens abſque ſermone, quantum exemplo prodeſt, tantum ſilentio nocet, nam latratu canum, & baculo paſtorum, lupi ſunt arcendi. *diſtin: 43. in princ.*

Innocens credit omni verbo, non eſt vituperāda facilitas, ſed laudāda bonitas, hoc eſt inno-

Digitized by Google

innocentem eſſe, ignorare quod noceat. *22.q 4 c.innocens.*

In quo habitu quis reperitur, talis eſſe præſumitur, donec contrarium probetur. *l. Item apud 15 § ſi quis virgines. 15 D de Iniur. c. ſi Iudex, § Idem de ſentent. excom in 6.*

Inſpici ſolet in obſcuris, quod veroſimilius eſt, aut quod plerunque fieri ſolet. *l. in obſcuris 114. D. de div reg Iur.*

In ſe præſtare quis debet, quod ab alijs requirit *l. ſi negotia. 31. in fin. D Manda.*

Interpretatio contra eum fieri debet, qui legem apertius debuit declarare, *l. veteribus 39 D. de pact. c. contra eum de reg. iur. in 6.*

Intereſt multum inter officium ſuſcipientis, & voluntatem diſtrahentis. *l. Qui erat. 49. D. Famil Erciſc.*

Intereſt viuentium, ne præcipitentur, quamdiu iuſte deliberant. *l. Et quia. 6. D. de interrogat.*

Intereſt noſtra, animum liberorum noſtrorũ non corrumpi. *l. vt tantum, 14. § 1. D. de ſerv corrupt.*

Intereſt noſtra ne fallamur. *l. 1. in princip. D ſi menſ falſ. mod dixer.*

Intereſt hominis, hominem beneficio adfici. *l. ſervus 7. D de ſerv. exportand.*

Inter artifices longa eſt differentia & ingenii,

&

& naturæ, & doctrinæ, & inſtitutionis. *l. inter. 31. D. de ſolut.*

Intereſt noſtra bonum habere vicinū. *l. quod ſæpe, 35. §. fin. D. de contrah. empt.*

Interpretari illius eſt cujus eſt condere. *l. leges ſacratiſſimæ 9. C. de legib.*

Integritas præſidētium, ſalus eſt ſubditorum. *c. miramur, diſt. 61.*

Inter dantem & accipientem debet eſſe diſtinctio perſonalis. *c. fin. de Inſtitutionib.*

In vinculis eſt, qui ſine dedecore comparere non poteſt. *l. in eadem. 10. D. ex quib. cauſ. major.*

Invitus nemo compellitur, ad communionem. *l. ſi non ſortem, 26. §. 4. D. de condic. indebit.* Vel invitus detinetur. *l. 5. C. commun. divid.*

Invitus eſt qui non conſentit. *l. filiusfamilias. 8. §. 1. D. de procuratorib.*

Invito qui poteſt alienare, multo magis & ignorantibus & abſentibus poteſt. *l qui. 26. D. de div. reg. jur.*

Invitis multa præſtantur bona, quando eorū conſulitur utilitati, non voluntati. *c. & qua. diſtin. 45.*

Is qui diſplicet, cum ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. *c. 1. diſtin. 49.*

C Ites

Iter facientibus proſpicitur, non publicis vijs ſtudetur, *l. 1. §. 2. D. de his, qui dejecer. vel effud.*

Judæos Chriſtianis ſubjacere oportet, & ab eis pro ſola humanitate foveri, *cap. Iudæi, de teſtib.*

Jure feciſſe exiſtimatur, quod quis ob tutelam corporis ſui facit, *l. ut vim, 3. D. de juſt. & jur.*

Jure naturali omnes homines liberi naſcebãtur: nec erat nota manumiſſio, cum ſervitus eſſet incognita, *l. manumiſſiones, 4. D. de juſt & jur.*

Juris præcepta hæc ſunt: Honeſte vivere: Alterum non lædere: Jus ſuum cuiq; tribuere, *l. juſtitia, 10. §. 2 D. de juſt. & jur.*

Juramentum ei ſoli nocere debet, qui detulit, *l ſed et ſi, 7. §. ſi petenti, D. de publicia. in rem action.*

Juris ignorantia non prodeſt adquirere volẽtibus, ſuum vero petentibus non nocet, *l. juris ignorantia, 7. D. de jur. & fact. ignor.*

Juriſperitus de facti quæſtione non reſpõdet, *l. mora. 32. in fine princip. D. de uſur.*

Jure civili receptum eſt, quoties per eum, cujus intereſt conditionem impleri, fit, quo minus impleatur, ut perinde habeatur, ac ſi impleta conditio fuiſſet, *l. jure civili 24.*

D. de

D. de condition. & demonſtration. l. Iulius. 81. D. eod.

Jure communi uſus non videtur deceptus. *l. inter eos. 51. D. de fidejuſſor.*

Juri pro ſe indulto quilibet renuntiare poteſt. *l. ſi quis in conſcribendo. 51. C. de Epiſcop. & Cleric.*

Juri, quod quis ignorat ſe habere, nunquam intelligitur renuntiare. *l mater decedens. 19. D. de inoff. teſtam.*

Jurandum hoc eſt, quod quiſq; credit & exiſtimat. *l. cum. 2. § 2. C. de jurejur propter calum. dan.*

Jurisjurandi contempta religio ſatis Deum ultorem habet. *l. 2. C. de reb. credit. & jurejurand.*

Jure quod geſtum eſt, revocari non poteſt. *l. 3. C de confirm. tut.*

Juri publico derogare nemini permiſſum eſt. *l. teſtandi. 13. C. de teſtam.*

Juriſperitos, ſi docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi ſubtilitatem, copiamque diſſerendi ſe habere patefecerint, placuit honorari. *l. unic. C. de profeſſorib. qui in urbe Conſtantinop.*

Juramentum prompte dare nemo feſtinet. *Novell. 17. de mandat. princip. c. ſed neque. 6. in princ.*

Digitized by Google

Jus publicum pactis privatorum immutari non poteſt. *l jus.38. D de pact.*

Jus nemo quærit, niſi qui ſuo jure uti credit. *l.fin. D.quemad ſervit.amitt.*

Juſſu alterius quod ſolvitur, pro eo eſt, quaſi ipſi ſolutum eſſet. *l.quod.180. D.de diverſ. reg. jur.*

Juſtum eſt, ſua cuique committere. *l.nemo.9. C.de Iuda.& cœlicol.*

Juſtum eſt, principem legibus obtemperare ſuis. *c.juſtum eſt.diſt.9.*

Juſtus non polluitur ex vitiis filiorum. *c.ſicut. diſtinct. 47.*

Juſtum eſt, ut nemo creſcere compellatur invitus. *c.geſta.diſt.74.*

Juſto lex non eſt poſita. *19.q.2.c.dua.*

Juvenis eſt, qui adoleſcentis exceſſit ætatem, quoad incipiat inter ſeniores numerari, *l. non aliter.69.in fin.de legat.3.*

Juvandus non eſt, qui mandatum illicitum ſuſcepit. *l. cum fundum. 18. D. de vi & vi armat.*

Juvenis contra fervorem naturæ reſiſtere non poteſt. *cap. 3. in med. Novell.2. de non elig. ſecund.nuben.*

Juvenis non ita ſcribit, ut Senex. *Novell. 73. de inſtrument.caut.in princ.*

Juvenilibus deſideriis occupatus, nulla gra-

vitate

vitate conſtringitur. *cap. quorundam. diſtinct. 34.*

L.

LAbitur, quod paulatim reparare ſuſtinemus. *Novell.* 80. *de quæſtor. in princ.*

Laici decimas detinere non poſſunt. *cap. cauſam. de præſcript.*

Lapſis & errantibus ſubvenitur. *l. hi. 3. C. de Apoſtat.*

Latere te in vicinio non potuit, quod ad nos in longinquo pervenit. *l. quanto. de præſumpt.*

Laudandus eſt, qui nocere potuit, & non nocuit. *l. 1. §. 3. D. de pericul. & commod. rei vendit.*

Laudem acquirit, qui culta & perfecta reddiderit, quæ vetuſta ſunt, & inſtaurationem requirunt; quæque ab aliis initiata & imperfecta reſederant. *l. nemini. 22. C. de oper. public.*

Legiſlatores prætereunt, quod ſemel aut bis fit *l 6. D de legib.*

Leges condere ſoli Imperatori conceſſum eſt, & leges interpretari, ſolo dignum Imperio eſſe oportet. *l. fin. C. de legib.*

Legũ conditores æquitatis convenit eſſe fautores. *l hac lege. 8. C. de pact. convent.*

Digitized by Google

Legis beneficio non perfruantur, quam contemnendam eſſe cenſuerunt. *l. ſcimus. 22. §. ſin vero. 12. C de jure delib.*

Legem non debent imponere, quam ipſi negligunt obſervare. *c. pro illorum. de præbend. & dignitatib.*

Legis auxilium fruſtra invocat, qui committit in legem. *c. fin. de immunitat. eccleſ. cap. quia. de uſur.*

Liberi pietatem parentibus debent. *l. nullum. 10. D. de obſeq. parent. & patron. præſt.*

Liberos plures qui habet, cæteros honoris ordine præcellit. *l. ſpurij. 6. in fin. D. de decurio. l. 9. C. eod.*

Liberalitatis humanitas in eos non referatur, qui impunitatem veteris admiſſi non emendationi potius, quam conſuetudini deputaverint. *l. nemo. 3. C. de Epiſcop. audient.*

Liberi propter verborum anguſtias omni pene fructu paterno non debent defraudari. *l. generaliter. C. de Inſtitutionib.*

Liberos inter juſtos quod ſancitum eſt, hoc & in naturales filios extendatur. *d. l. generaliter. C. de Inſtitutionib.*

Licere de jure reſpondere, non peti ſed præſtari ſolet. *l. 2. §. poſt hunc. 47. de orig. jur.*

Licet civilis juris perſecutionem, aut ſpem futuræ

futuræ perceptionis, deteriorem conſtitue-re, *l. pactum* 46. *D. de pact.*

Licet cui quod eſt plus; licet utique quod eſt minus, *l. non debet*, 21. *D. de diver. reg. jur. c. cui licet eod. in* 6.

Loco eo quis poſſidere jubetur, cujus cura ad jubentem pertinet, *l. cum unus*, 12. §. 1. *D. de reb. auctorit. judic. poſſidend.*

Locis pluribus qui ex æquo negociatur: nuſquam domicilium habet, *l. Labeo*, 5. *D. ad municipal.*

Loquacitatem quidam exiſtimãt facundiam; & maledicere, cõſcientiæ bonum ſignum, *c.* 1. *de Schiſmatic. in* 6.

Ludos ſemper facere non oportet, *l. ſi libertus* 27. *D. de oper. libertor.*

Lupus quod eripit, noſtrum manet, *l.* 44. *D. de acquir. rer. domin.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

M.

MAgiſtratibus veſpertinis temporibus in publico eſſe inconveniens eſt, *l.* 2. §. *& quia*, 31. *D. de orig. jur.*

Majores noſtri pene eundem honorem ſenibus, quem magiſtratibus tribuebãt, *l. ſemper* 5. *D. de jur. immunitat.*

Majorum imagines aut non videre fixas, aut

revulſas videre, ſatis eſt lugubre. *l. lex quæ tutores,22 de adminiſt.tut.*

Maledictus puer centum annorum. *2.q.7.c. Paulus dicit.*

Manus ſæpe fallitur & oculus obſtetricum. *c. pen. de probation.*

Mancipia urbana totius ſuppellectilis notitiam gerunt. *l. lex quæ tutores,22.D.de adminiſt.tutor.*

Maſculi audaciores ſunt fœminis. *l. quiſquis, 5.§.ad filias,5 C.ad l.Iul.Majeſtat.*

Mater ſemper eſt certa. *l. quia, 5. D.de in jus vocando.*

Mater religionis & fidei ſicut perpetua eſt, ita ejus patrimonium jugiter ſervetur illæſum. *l. iubemus,14.in fin princ. C.de ſacroſ. Eccleſ.*

Medicus imperitus uno collyrio omnium oculos vult curare *c.fin diſt.29.*

Melius eſt operibus naturæ inſiſtere, quam civilibus *l.nec ei,17.§.1.D.de adoptionibus.*

Melius eſt intacta jura ſervari, quā poſt cauſam vulneratam remedium quærere. *l. fin. C.in quib.cauſ.in integ.reſtitua.*

Melius eſt occurrere in tempore, quam poſt exitum vindicare. *l 1.C.quando liceat unicuiq; ſine judi.ſe vindica.*

Melius eſt, mulieribus propter fragilitatem ſexus,

ſexus, quam moribus ſubveniri. *l. cum multa. 20. C. de donat. ante nupt.*

Melius eſt pauca agere caute, quam multis intereſſe periculoſe *Novell. 44. de tabellio. c. nos autem. 1. §. & non. 3.*

Melius eſt cum ſeveritate diligere, quam cum lenitate decipere. *5. q. 5. c. non omnis.*

Melius eſt propter miſericordiam rationem dare, quam propter crudelitatem. *cap. alligant. 26. q. fin.*

Memoriam habere omnium, & penitus in nullo peccare, divinitatis magis, quam mortalitatis eſt. *de confirm. digeſt. §. 14.*

Menſe ſeptimo naſci perfectum partum, perceptum eſt. *l. ſeptimo. 12. D. de ſtat. hom.*

Mendicantes quod attinet, exploretur integritas corporum, & robur annorum. *l. uni. C. de mendicantib. valid.*

Mercatorum genus ad lucrum potius vel turpiter faciendum pronius eſt. *l. juſtiſſime. 44. in fin. D. de ædil. edict.*

Mercedem alii debitam alter ſibi vendicare non audeat. *c. nullus. diſt. 61.*

Mercenarius dignus eſt mercede ſua. *ca. quoniam. diſt. 88. 12 q. 2. c. quicunque ſuffragio. c. 1. de ſepultur.*

Meſſem per alienam tranſiens, in eam falcem mittere non debes. *6. q. 3. c. ſcriptum.*

Metum metu repellere licet. *l. ſed & partus.* 12 *§.2. quod metus cauſa.*

Meum, præſens, non futurum tempus oſtendit. *l. ſi ita. 7. D. de aur. argent. legat.*

Meum non videtur, quod vindicare non poſſum. *l. quintus. 27. §. 2. D. de aur. argen. leg.*

Meum eſt, quod ex re mea ſupereſt. *l. ſolum.* 49 *§. 1. D. de rei vendicat.*

Milites armis, non privatis negotiis occupentur: ut numeris & ſignis ſuis jugiter inhærentes, rempublicam, à qua aluntur, ab omni bellorum neceſſitate defendant. *l. milites. 31. C. de locat. & conduct.*

Milites arma magis quam jura ſcire debent. *l. ſcimus 22. in princ. C de jur. deliber.*

Miles deſiit eſſe ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti *lib. 2 feudor. tit. 21 de vaſall. milit.*

Miles Chriſti ſerviat Chriſto: milites ſeculi ſerviant ſeculo. *lib. 2 feudor. tit. 109. Clericat. feud. amitt.*

Minoribus ætas in damnis ſubvenire non rebus proſpere geſtis obeſſe conſuevit. *l. non eo minus* 14 *C. de procurator.*

Minor non videtur circumſcriptus eſſe, qui jure ſit uſus communi. *l. finali. C. de in integrum reſtit.*

Miror, quomodo tam ſubito fidei murum aries ruperit inimici. 17 *q. 4. c. miror.*

Miſe-

Miſerum eſt eum fieri magiſtrũ, qui nec dum didicit eſſe diſcipulus, *c.1.diſtin.*48.

Miſerius nihil eſt, quam Deum propter numum contemnere, 12 *quæſt.1.cap.duo ſunt genera.*

Moribus non convenit, filium temporalem habere, *l.quæſitum eſt,* 34. *D.de adopt.*

Mortalitatis eventus medico imputari nõ debet, *l.illicitas,*6.*§ 7.D.de offic.præſid.*

Mori humanum eſt, *tex junƈta gl. in l.publia.* 26 *in prin.ſup.verb humanum, D.depoſi.*

Mortuos de ſuo expedit funerari, *l. & ſi quis,* 14.*§. idem Labeo* 15. *D. de relig & ſumptib. funer.*

Mora fieri intelligitur non ex re, ſed ex perſona, id eſt, ſi interpellatus opportuno loco non ſolverit, *l mora,*32.*D. de uſur.*

Moram purgat poſt moram offerendo, *l. interdum* 73.*§.*2.*de verb.oblig.*

Moram videtur feciſſe, qui litigare maluit, q̃ reſtituere, *l.nemo,*82 *D.de verbor.oblig.*

Mortis tempore intelligendus eſt fuiſſe, qui in utero relictus eſt, *l. intelligendus* 153. *D. de verb.ſign.*

Mora ſua cuilibet eſt nociva, *l.* 173.*§.*2.*D.de div.reg.iur.c.mora, de reg.iur.in* 6.

Mortem, quam quis minabatur, excipiat, *l.*1. *C. quando liceat unicuiq. ſine judi. ſe vindi.*

Mortuo

Mortuo ſimilis eſt, qui neque ſcribere, neque articulate loqui poteſt. *l. iubemus, 29. C. de teſtament.*

Morte cognitoris non debet perire publica fides. *l. fin. C. de re judic.*

Mortem languentibus probatur infligere, qui hanc cum poſſit, non excludit. *c. 1. diſtinct. 83.*

Morbis novis nova convenit antidota præparari. *c. cæterum. de jura. cal.*

Morbo conſimili laborantes non recipiantur in teſtes. *cap. perſonas, de teſtib. & atteſtationib.*

Multo utilius pauca idonea effundere, quam multis inutilibus homines prægravare. *de confirmat. digeſt. § ſed & 16.*

Mulier gravida, & quæ poſt partum decumbit quaſi valetudine impeditur. *l. 2. §. 4. D. ſi quis cautionib.*

Mulieres virilibus officijs fungi non debent. *l. 1. §. 5. D. de poſtuland.*

Mulier quæ vnum gerit, nec per naturam humanæ conditionis alium partum formare poteſt. *l. cum quidam, 30. §. 6. D. de adquir. vel amit. hæredit.*

Mulier plorando auxilium ferre poteſt. *l. 1. §. iuxta hoc, 28. D. de SCto Syllan.*

Muliebri veſte vir non facile uti poteſt ſine

vitu-

vituperatione. *l. veſtis,23.§.1. D.de aur.argent.lega.*

Mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur. *l.mulieris.13.D.de verborum ſignif.*

Mulier familiæ ſuæ & caput & finis eſt. *l.pronunciatio.195.in fin.D.de verb.ſig.*

Mulieres nec conventibus virorum, nec judicijs intereſſe coguntur. *l. maritus. 21. C.de procuratorib.*

Mulier ſibi imputet, ſi, quod ſæpius cogitare poterat, & evitare non fecit, ſed ultro firmavit. *l.ſi mulier.22.C.ad Senatuſc. Vellejan.*

Mulier quæ ſeipſam marito committit, res etiam ejuſdem pati arbitrio gubernari, bonum eſt. *l.hac lege 8.C.de pact.convent.*

Mulieres ad hoc natura progenuit, ut partus ederent. *l.ambiguitates.2.C.de indic.vidui. tollend.*

Mulieribus ingenuis & illuſtribus caſtitatis obſervatio præcipuum debitum eſt. *l.ſi qua illuſtris.C.ad Senatuſc.Orficia.*

Muliebris ſexus fragilitas in perniciem ſubſtantiæ earum conuerti non debet. *in prin. Inſt.quib.alienare non licet.*

Mulieres quæ ſervant inviolatum morientium torum, & miramur pariter & laudamus,

Digitized by Google

mus,& non procul à virginitate ponimus, *cap. 3. in med. Novel. 2. de non eligend. ſecun. nub.*

Mulieres vagari, non convenit, nec virorum cœtibus immiſceri, *c. 2. de judic. in 6.*

Multis qui nocet, à multis arguendus eſt, *c. ſi quis, diſtinct. 94.*

Multa hominibus ex improviſo contingunt, *Conſtit. Leonis, 42. ut ſufficiens numerus.*

Municeps natura facit, *l. 1. D. ad municipal.*

Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum, *c. mutare, de reg. jur. in 6.*

N.

NAtus dicitur, qui execto ventre editus eſt, *l. quod dicitur, 12. D. de liber. & poſth. hæred. inſtituend.*

Natura is debet, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem ſecuti ſumus, *l. cum 84. §. 1. D de diverſ. reg. jur.*

Naturalis ſtimulus parẽtes ad liberorum ſuorum educationem hortatur, *l. 1. §. 5. C. de rei uxor. act.*

Natalibus non officit manumiſſio, *Inſtit. de ingen. in fin.*

Naturæ quaſi accuſatores exiſtunt, qui differentiam inter filios & filias inducunt, *l. maximum, 4. verſ. filia autem, C. de liberis præter.*

Nauta

Nauta fortunas cujuſq; excutere non debet. *l. 2. § ſi quis. 6. D. ad l. Rhod. de iact.*

Naufragium ſuum unicuique impune licere colligere conſtat. *l. licere. 12. D. de incend. ruin. naufrag.*

Neceſſe eſt reipublicæ per unum conſuli. *l. 2. §. noviſſime. 11 de orig. jur.*

Necare videtur, qui alimenta denegat, & qui publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quum ipſe non habet. *l. necare. 4. D. de agnoſc. lib.*

Nec damnoſā fiſco, nec juri cōtraria poſtulari oportet *l. nec. 3. C. de prec. imper. offer.*

Negligēter ſi ea, quæ male uſurpantur, omittimus, exceſſus viam aliis aperimus. *c. pervenit. el 2. diſt 93.*

Nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos debemus opponere. *3. q. 2. c. oportet.*

Nemini ſine cauſa licet ſupra modum in ſuos ſervos ſævire. *l. 1. §. 2. D. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.*

Nemo abdicando ſe amittit imperium. *l. legatus. 20. D. de offic. præſid.*

Nemo debet artari, nec ſe nimis artare. *l. 2. §. 8 D ſi quis cautionibus.*

Nemo ex alieno damno fiat locuples. *l. cum hi. 8. §. 22 D. de tranſact. l. itaque. 28. D. de dolo malo. l. plane. 38. D. de petit. hæreditat.*

l. 14.

l.14. D. de condict. indeb. l. 206. D. de diverſ. reg. jur.

Nemo cogitur alteri prodeſſe, ſed obeſſe tantum prohibetur. *l. in ſumma. 2. § item Varus. 5 D. de aqua & aqua pluv. arcend.*

Nemo debet ab eo audiri, quem ſprevit. *l. litigatores 11. D. de recept. qui arbitrium.*

Nemo ſibi imperare aut prohibere poteſt. *l. penult. D. de recept. qui arbit.*

Nemo debet temere jus ſuum indefenſum relinquere. *l. illud. 40. in fin. princip. D. de petit. hæred.*

Nemo curare poteſt, ne aliquis damnum det. *l. ad eos. 19. D. commodat.*

Nemo in ſuo peculio eſſe poteſt. *l. depoſui. 38. §. Stichus. 2. D. de pecul.*

Nemo tenetur de apicibus juris diſputare. *l. ſi fidejuſſor. 29. §. 4. D. Mandati.*

Nemo ita reſupinus eſt, ut facile ſuas pecunias jactet, & indebitas effundat. *l. cum de. 25. D. de probat.*

Nemo mirabitur, ſi novæ rei novum conſilium & remedium ſuggeramus. *l. 1. in princ. D. de inſpiciend. vent.*

Nemo præcipiti feſtinatione, nec moratoria cunctatione utatur. *l. tutor qui. 7. §. 1. D. de adminiſt & peric. tut.*

Nemo poteſt facere, ut ego centum habeam,

Digitized by Google

am, niſi mihi dederit. *l. ſi hares.73 de legatis.*

Nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitaverit. *l. Labeo. 7. §. 2. D. de ſuppellect. lega.*

Nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtit. *l. rem 18. D. de adimend. legat.*

Nemo ſeipſum cogere poteſt. *l. ille. 13. §. 4. D. ad Senatuſc. Trebell.*

Nemo eſt, qui neſciat, alienas operas promitti poſſe. *l. nemo. 5. D. de duobus reis conſtituend.*

Nemo ex his qui negant ſe debere, prohibetur etiam alia defenſione uti, niſi lex impedit. *l. nemo. 43. D. de diverſ. reg. iur.*

Nemo plus juris ad alium transferre poteſt, quam ipſe habet. *l. nemo. 54. D. de diverſ. reg. iur. c. nemo, de reg. iur. in 6.*

Nemo gradum ſacerdotij pretij venalitate mercetur, quantum quiſque mereatur, nō quantum dare ſufficiat, æſtimetur. *l. quemquam. 31. C. de Epiſcop. & cleric.*

Nemo dat, quod non habet. *l. 2. C. de haretic. 1. q. 1. c. gratia.*

Nemo ita ſupinus, imo magis invenitur, ut ſuum nomen ignoret. *l. fin. C. de hared. inſt.*

Nemo immoderate jure ſuo utatur. *l. uni. C. de emendat. ſervor.*

Nemo

Nemo præſumitur immemor ſalutis ſuæ. *l. ſancimus, 6. C. ad l. Iul. repetundar.*

Nemo dominum ſuum deſerit, ſciens nuſquã ſibi latendi locum eſſe derelictum, *l ſervos 12. C. de agric. & cenſit.*

Nemini liceat, cum ſit poſterior tempore, locum præcedentis ambire: niſi forte ab eo, qui tempore vincitur, laborum comparatione ſuperetur, *l. unicuiq; 7. C. de proxim. ſacror ſcrinior.*

Nemo duplici fungatur officio, *l. hac part. 10. C. de proxim ſacror. ſcrinior.*

Nemo ex parente aut obſcurus aut clarus eſt, *c. nunquam, diſt. 56.*

Nemo recte monitoris perſonam recipit, niſi qui actibus ſuis errata cõdemnat, & amorem innocentiæ converſatione demonſtrat. *c. nemo, diſtinct. 81.*

Nemo debet malorum laudibus delectari, *c. conſentire, diſt 83.*

Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus, *c. conſequens, diſtin. 88. 16. q. 1. c. ſunt nonnulli.*

Nemo bonum faciens alteri, aut verbo aut facto nocere vult, *6. q. 1. c. oves.*

Nemo invito auditori libenter refert, *6. q. 1. c. ex merito.*

Nemo ſibi ſumat honorẽ, *8. q. 1 c. in ſcripturis*

Nem-

Nemo unquam carnem ſuam odio habuit. *13.q.2. c. non æſtimemus.*

Nemo in gravibus cauſis procuratorem conſtituere cogitur. *c.2. de procurat.*

Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. *c. etſi Chriſtus. de jurejur.*

Nemo cogitur ſuis ſtipendiis militare. *c. cum ex officij. de præſcript.*

Nemo diſpendiũ patiatur, unde videtur præmium meruiſſe. *c. pervenit. de fidejuſſor.*

Nepotes noſtros dulciore nomine quam filii appellare non poſſumus. *l. liberorum.* 220. *§ fin. de verb. ſignif.*

Ne ſis miles antequam tyro, ne prius magiſter ſis quam diſcipulus. *16.q.1. c ſi clericatus.*

Nihil tam congruum fidei humanæ, quam pacta ſervare. *l.1. in princ. D. de pact. l.* 11. *D. de action. empt & vend.*

Nihil facile ex ſolennibus immutandum eſt. *l. divus.* 7. *D. de in integ. reſtit.*

Nihil intereſt, dominum an alium ex voluntate ejus miſſum intrare quis prohibeat. *l. cum fundum.* 18. *de vi & vi armat.*

Nihil tam peculiare eſt imperialis majeſtatis, quam humanitas. *l. fin. in fin. C. de dona inter vir. & uxor.*

Nihil tam conveniens eſt naturali æquitati, quam volũtatem domini rem ſuam in alium trans-

Digitized by Google

um transferre volentis, ratam haberi. §. *per traditionem. 40. Inſt. de rer. diviſ.*

Nihil eſt impudentius arrogãtia ruſticorum, qui garrulitatem autoritatem putant. *Diſtinct. 46. in princ.*

Nihil qui habuit, nihil dare potuit. *1. q. 7. c. Diabertum. in fin.*

Nocendum eſſe alii, qui exiſtimavit, ipſe ſuam ſentiat jacturam. *l. ſi legatarius. 25. C. de legat.*

Nolle ejus eſt, qui poteſt & velle. *l. ejus. 3. D. de diverſ. reg. jur.*

Nolle non videtur, qui non poteſt velle. *l. 4. D. de adquir. vel amitt. hæred.*

Noli eſſe nimis juſtus, quia maledictus eſt juſtus, qui perit in juſtitia ſua. *2. q. 7. c. plerunque. in med.*

Non quid fit, ſed quid fieri convenit, inſpici debet. *l. pen. D. de juſtit. & jur. l. ſed licet: 12. D. de offic. præſid.*

Non omnium, quæ à majoribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt. *l. 20. D. de legib.*

Non conſentit, qui errat: quia nihil tam contrarium conſenſui quam error, qui imperitiam detegit. *l. ſi per errorem. 15. D. de juriſdict.*

Non ſuccurritur ei, qui neceſſitatem ſibi imponit. *l. ſi fidejuſſor. 7. §. 1. D. qui ſatiſda. cog.*

Non de-

Digitized by Google

Non debet quis ab alio petere, quod aliis debet dare. *l.ſi quis.6.§.9.D.de edend.*

Non videtur excluſus, cui prætor reſtitutionem pollicetur. *l.nemo.5. D.de in integrum reſtitut.*

Non negligentibus, ſed neceſſitatibus rerum impeditis ſubvenitur. *l. non enim.16. D. ex quib. cauſ.major.*

Non quicquid permittitur, neceſſitati ſubjicitur. *l.non quicquid.40.D.de judic.*

Non poteſt quid incipere eo caſu, quo finiri debet. *l.Titio.51.D.de uſufruct.& quemad.*

Non ex eo, quod habet, quis utitur, ſed ex eo, quod putat ſe habere. *l.is qui 20.D.quibus mod.uſusfruct.amitt.*

Non eſt novum, ut, quod alius ſolvit, alius repetat. *l.nec novum.5. C. de condict.indebit.*

Non debet quis facile adſeverare quod ignorat. *l.Iulianus.13.§.quid. D.de action.empt. & vendit.*

Non debet quæri de jure poſſeſſoris, cum jus petitoris removetur. *l. Paulus.12.in fine.D. quib.mod.pig.vel hypoth.ſol.*

Non eſt ignoſcendum ei, qui obtentu paupertatis turpiſſimam vitam egit. *l.palam. 43.§.5.D.de rit.nuptiar.*

Non videtur fraudare edictum, qui ſibi proſpicit,

ſpicit, ne oneribus implicetur. *l. ſi pupillus. 42. D. de acquir. vel amitt. hæred.*

Non quæritur, quid debuit parari, ſed quid paratum ſit. *l. fundi. 25. D. de inſtru. & inſtrum. legat.*

Non oportet per ſingula momenta onerari eum, à quo ſatis petitur. *l. ſi is. 3. D. ut in poſſeſſ. legat.*

Non facile quis ſeptimum gradum excedit. *l. 4. in princ. D. de gradib.*

Non deliciis, ſed juſtis affectionibus moveri debemus. *l. illud. 16 in princip. D. de manumiſſ. vind.*

Non fatetur, qui errat. *l. 2. D. de confeſſ.*

Non latitat, qui ſui non eſt idoneus defenſor. *l. ſi minor. 5. D. de rebus authorit. judic. poſſid.*

Non multum à ſervientium ſpecie differunt, quibus facultas non datur recedendi. *l. 2. D. de liber. hom. exhib.*

Non de jurejurando cujuſquam quæratur. *l. adverſus. 15. D. de except.*

Non debet quis vagari cum diſcrimine alienæ exiſtimationis. *l. prætor. 7. D. de injuriis.*

Non ſoli Atridæ uxores ſuas amant. *l. 13. §. 1. D. ad l. Iul. de adult.*

Non facile credendum ſubjectam eam, quam

ambo

ambo parentes dicuntur caram filiam habuiſſe. *l.1.§.3. D.de quæſtionib.*

Non poteſt videri deſijſſe habere, qui nunquam habuit. *l.non 208. D. de div. reg. iur.*

Non debet alium regere, qui ab alio gubernatur. *l fin. C. de legit tuto.*

Non poteſt quis dicere ſuum, quem pereuntem contempſit. *l. 2. C. de infantib. expoſit.*

Non oportet ad menſuras expenſarum quærere etiam poſſeſſiones (hoc enim ſimul ad avaritiam, impietatemque perducit) ſed ex ijs quæ ſunt, expenſas metiri. *Novell. 3. ut determinatus, in fine præfationis.*

Non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt. *lib. 2. feudor. tit 6. de form fidelitat.*

Non judicabit Deus bis idipſum. *c. presbyter. diſtinct. 81.*

Non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, participes judicantur. *c facientis. diſtinct. 86.*

Non ſatis eſt bene velle, ſed & bene facere. *c. non ſatis, diſtin. 86.*

Non minus ardebunt, qui cum multis ardebunt. *2. q. 1 c. multi, in fin.*

Non habet privilegium, quo poſſit exui jam nudatus. *c. q. 2. c. nullus, 2.*

Non

Non poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extitit infidus. *2.q.7.c.non poteſt.*

Non ſe ſub obedientia dirigit, qui ad percipienda hujus vitæ proſpera, libidini propriæ ambitionis ſervit. *8.q.1.c.ſciendum.*

Non ſemper malum eſt, non expedire præceptis. *11.q.3.c.non enim ſemper.*

Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt. *12.q.2.cap.Socrates.*

Non curemus, quod os loquentium iniqua loquatur. *c.magnæ, de voto.*

Normam inde ſumere debet, vnde ſumpſit exordium. *cap.præceptis apoſtolicis, diſtinct. 12.*

Noſtrum quod eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt. *l. id quod.11.D.de diverſ.reg.iur.*

Notionis nomen etiam ad eos pertinet, qui juriſdictionem non habent. *l. ait prætor.5. D.de re judic.*

Notarij ut plurimum in exigẽdo ſalario metas rationis excedunt. *c.ſtatutum, verſ.notarium, de reſcript.in 6.*

Novitius non tyrocinio animi, ſed conditione ſeruitutis intelligi poteſt. *l.animi.65.§.2. D.de ædil.edict.*

Novitius eſt, qui annum nondum ſervivit. *l.inter-*

l.interdum.16.§. quoties.3. D. de publica.& vectigal.

Nullus alteri paciſcendo cavere poteſt. *l. quo. 73.in fi. D.de div.reg.iur.*

Nullus pauperior eſt, quam qui inopia tentus eſt, & ſuo corpore laborans, neceſſarium victum ſibi non poteſt afferre *l ſi quis ad declinandam 49.§.3. in fi. C. de Epiſcop. & Cleri.*

Nullus ita ſimplex, imo magis ſtultus eſt, ut in publico inventario ſcribi contra ſe aliquid patiatur. *l. veteris.13 C.arbitrium tutela.*

Nullus affectus vincit paternum. *l.cum furioſus.7.C.de curator.furioſi.*

Nullus inane nomen indulti honoris retineat. *l.neminem.64.C.de decurionib.*

Nullus dicat de communi; hoc meum eſt. 12. *q.1.c.nulli epiſcoporum.*

Numerus ſenarius eſt perfectus. *in proœmio ſexti decretal.verſ quem librum.*

O.

OBſtetrices medicinam adhibere videntur. *l.1.§.2.D. de extraord.cognit.*

Occaſionem qui præſtat, damnum feciſſe videtur. *l.qui occidit.30. § 3. D. ad l. Aquil.*

Digitized by Google

Officium publicum nemini vel damno vel compendio ſit. *l. videlicet, 29. D. ex quib. cauſ. maior. c. cum non de elect. in 6.*

Officiario non licet emere. *l. non licet. 46. D. de contrahend. empt.*

Omiſſum per ruſticitatem non obeſt partui. *l. 1. §. 15. D. de inſpiciend. vent.*

Omne qui dicit, nihil excludit. *l. Iuliano reſpondit 68. de legat. 3.*

Omnia quæ noſtra ſunt, liberis noſtris ex voto paramus. *l. nihil intereſt. 50. § 2. in fi. D. de bon. libertor.*

Omnes ſcire debent, quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere. *l. final. in fi. C. unde vi.*

Omne quod amicorum animos conciliat, tunc fidelius durat, cum eos ſacramenti vincula ligant. *22. q. 1. c. omne.*

Omnibus quod imminet, ab omnibus comportetur. *c. accedentes. de præſcript.*

Opus novum facere videtur, qui priſtinam faciem operis mutat. *l. 1. § opus. 11. D. de oper. novi nunciat.*

Opus operantis non debet extendi ultra finẽ deſtinatũ. *l. obligationũ. 3. de oblig. & actio.*

Ordine qui maior eſt, etjamſi poſtea ſit receptus, potior eſt. *c. ſtatuimus. de maiorit. & obedient.*

Origino

Digitized by Google

Origine propria neminem poſſe voluntate ſua eximi, manifeſtum eſt. *l.4.C.de munic.& originar.*

P.

PAcis tempore bene colitur pacis autor. *Clem.dudum.§.ſcimus.de ſepult.*

Palam eſt coram omnibus. *l.33. D.de verb.ſignif.*

Parentibus & patriæ parendum eſt. *l.veluti.2 D.de iuſtit.& iur.*

Parentibus omnibus una ſemper eſt ſervanda reverentia. *l.parentes.6. D.de in ius vocand.*

Parti majori ſtandum eſt. *l.7.in fi. D.de pact. l.diē.§.ſi plures.3.D. de recept. qui arbitrium.*

Par in parem non habet imperium. *l. nam magiſtratibus.4. D. de alienat.iudi.mutād. cauſ.fact.*

Partus execto ventre pro nato habetur. *l.ſi ego. 11. §. idem eſt. 5. D. de publicia. in rem actio.*

Parcēdum eſt pudori ſuo. *l.quintus.48. in fine princ. D.mandati.*

Parceret non alii, qui ſibi non pepercit. *l.cum.23.§ 3.D.de ædil.edi.*

Partus antequam edatur, viſcerum portio eſt. *l.1.§.1.D.de inſpiciend.vent.*

Parentis ſtatur voluntati, qui utique recte filio proſpexit. *l ſi plures.3.§.1.D.de adminiſt. & pericul.tutor.*

Partus ſine maligna ſuſpicione ali & educari debet. *l.1.§.1.in fi.D.ubi pupil.educ.vel mora. deb.*

Partem qui dat, non implet conditionem, ſed ad aliquid proficit. *l.qui putat.74.§.1. D. de adquir.vel amit heredi.*

Partus ſequitur ventrem. *l. partum 7.C.de rei vendicat.*

Parentum neceſſitatibus liberos ſuccurrere juſtum eſt. *l.1.C.de alend.liber.*

Paria ſunt nihil facere, vel partem tantum individui facere. *l. Furioſum.9. C. qui teſtament.face.poſ.l.pen.in fin.C.de his quib.ut indig.*

Pars corporis principis, conſiliarii ſunt. *l.quiſquis.5.C.ad l.Iul maieſta.*

Pars quodammodo corporis noſtri ſunt cognati. *l.cum ſcimus.22. in fin.C.de agricol. & cenſit.*

Paria ſunt aliquid exprimere verbis vel ſcriptura. *l. miles ad ſororem 75. in princ. de leg.2.*

Paria ſunt aliquid eſſe vel de proximo ſperare. *l.pen.D.de teſtam.milit.*

Paria ſunt aliquid fieri tempore prohibito,

vel

vel conferre in tempus prohibitum. *l. quod ſponſa. 4. D. de donat. ante nupt.*

Paſtoris excuſatio non poteſt eſſe, ſi lupus oves comedit, & paſtor neſcit. *c. quamvis. de reg. iur.*

Patricio & nobili & cauſas oranti turpe eſt, jus, in quo verſatur, ignorare. *l. 2. §. Servius. 43. D. de orig. iur.*

Pater plus timet in filio, quam in ſeipſo. *l. iſti quidem 8. in fi. D. quod met. cauſ.*

Pater non debet novercalibus delinimentis contra ſanguinem ſuum judicium inferre. *l non eſt. 4. D. de inofficio. teſtament.*

Pater filiæ amiſſæ & pecuniæ damnum non ſentiat. *l. iure. 6. in prin. D. de iur. dot.*

Pater filium emancipare non cogitur. *l. filiusfamilias. 8. D. unde liberi.*

Pater & filius eadem eſſe perſona pene intelliguntur. *l fin. C. de impub. & aliis ſubſtitut.*

Pater alere debet filium. *l. fin. §. ipſum. 5. C. de bon. quæ liber.*

Patris originem unuſquiſque ſequatur. *l. exemplo. 36. C. de decurio.*

Paterna incontinentia à filiis modis omnibus eſt propellēda. *c. literas. de filiis presbyteror.*

Pauperior non fit, qui non adquirit, ſed qui patrimonium diminuit. *l. ſi ſponſus. 5. §. 13. D. de donat. inter vir. & uxor.*

Pauper, fidelis tamen & diligens, ſuſpectus non eſt. *l. ſuſpectum. 8. D. de ſuſpect. tutorib.* nec removendus, *Inſt. de ſuſpect. tutorib. in fin.*

Pauperibus, induſtria, vel augmentum patrimonii, quod laboribus & multis caſibus quæritur, interdici non debet. *l. ſi defunctus. 10. C. arbitrium tutelæ.*

Paupertas vel divitiæ non faciunt quem nobilem vel ignobilem. *l. humilem. 7. C. de inceſt. & inutilib. nupt.*

Pauperes & divites una terra ſupportat. *cap. quo iure. diſtinct 8.*

Pecuniam numeratam qui habet, habere nõ dicitur, quicquid ex ea parari poteſt. *l. tantum 88. D. de verb. ſig.*

Pecuniis non oportet emere ſacerdotium. *Novel. 6. quomod. oporte. Epiſcop. cap.* 1. *§. 5.*

Pecuniæ amorem, tanquam materiam cunctorum vitiorum fuge. *cap. his igitur. diſtinct. 23.*

Perſona ex ſua quod quis ſæpe non habet, hoc per extraneum petere poteſt. *l. Ariſto. 3. in fi. D. quæ res pignor. vel hypothec. dat.*

Perſona patris ac patroni, liberto & filio ſemper honeſta & ſancta videri debet. *l. liberto 9. D. de obſeq parentib. & patro. præſtand.*

Pepeciſſe eam falſum eſt, cui mortuæ filius

exectus

exectus eſt. *l. anniculus. 132, in fi. D. de verb. ſignif.*

Perſonæ conditio ubi locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficit. *l. in omnibus. 68. D. de div. reg. iur.*

Perſona ex qua quis lucrum capit, ejus factum præſtare debet. *l. ex qua. 149. D. de div. reg. iur.*

Periculum caſus fortuiti regulariter ſpectat ad eum, qui eſt dominus. *l. pignus. 9. C. de pignorat. actio.*

Perſonæ conditio cum non mutatur, nec rei quidem ſtatum convenit immutari. *l. unic. verſ. ex his. C. de imponend. lucrati. deſcript.*

Perſona utraq; in homium procreatione ſimili naturæ officio fungitur. § *ſed hæc. 5. Inſt. de exheredat. liber.*

Perſeverantes coronantur. *c. imperatores. diſtinct. 9.*

Per filios eccleſiaſtica ſolet periclitari ſubſtãtia. *c. de Syracuſane. diſtinct. 28.*

Perſona donec vivit, adquirere poteſt. *l. ſi creditores. 5. in fi. D. de ſeparationib.*

Per alium qui facit, eſt perinde, ac ſi faciat per ſeipſum. *c. qui facit. de reg. iur. in 6.*

Peſſimum eſt humanioribus damnum inferri, ſævioribus autem lucrum accedere. §. *erat olim. 4. Inſt. de donat.*

Digitized by Google

Peti quæ poſſunt, dividi poſſunt. *l. ſed etſi 25. in fi. D. de heredita. petit.*

Philoſophantes vere pecuniam contemnunt, cujus retinendæ cupidine fictam adſeverationem detegunt. *l. in honorib. 8. §. 4. D. de vacat. & excuſat. muner.*

Plebs difficile convenire poteſt. *l. 2. §. deinde 9. de orig. iur.*

Plerique qui poſſunt quidem, ſed nolunt recta noſſe *11. q. 3. c. excellentiſſimus.*

Plures quandoque unius loco habentur. *l. ſi plures. 9. in princ. D. de pact.*

Plus eſt perſuadere, quam facto cogere. *l. 1. §. perſuadere. 3. D. de ſerv. corrupt.*

Plus eſt facto facere, quam verbo nunciare. *l. ſi tamen. 48. §. ei qui. 3. D. de ædilit. edict.*

Plus eſt ſtatim aliquid dare, minus eſt poſt tempus dare. *§. 5. in fi. Inſt. de fideiuſſorib.*

Plus juris habet in conceſſione prælatus, quam in præſentatione patronus. *c. dilectus. de offic. lega.*

Plus eſt expreſſe conſentire, quam minime conſentire. *c. maiores. circa fi. de baptiſmo.*

Pœnitentia ſua nemo deſinit eſſe nocens. *l. quid ſit. 17. §. 1. D de ædil. edict. l. 65. de furt.*

Podagrici ſi ita laborent, ut rebus propriis præeſſe non poſſint, à muneribus perſonalibus excuſantur. *l. podagra. 3. C. qui morb. ſe excuſ.*

Poli-

Pollicitatione nuda ad præſtanda ea, quæ quis promittit, urgeri quenquam jura non ſemper permittunt. *l. nuda 5. C. de contrahend. & committend. ſtipulat.*

Ponderet unuſquiſq; ſermones ſuos: & quod ſibi non vult loqui, alteri non loquatur. *c. ponderet. diſtinct. 50.*

Poſſeſſor conſita tollere non poteſt. *l. ſi fundi 53. D. de rei vendicat.*

Poſſeſſor juſtus eſt, qui liberalitatem accepit. *l. ſed etſi. 7 §. ſed etſi quis. 3. D. de publicia. in rem act.*

Poſſumus illud, quod honeſte poſſumus. *l. non aliter. 7. D. de uſu & habitat.*

Poſſeſſor bonæ fidei non poteſt videri qui nec poſſidendi animum habet. *l. eius qui. 41. D. de reb. credit.*

Poſſidentis conditio eſt melior. *l. ſi debitor. 10. D. de pignor. & hypothe.* in pari cauſa turpitudinis. *l. ſi ob turpem 8. D. de condict. ob turp. vel iniuſt. cauſ. l. 2. C. eod.*

Poſſidenti facilius retentio datur. *l. 1. in prin. D. de pignor. & hypothe.*

Poſſidere poſſumus eandem rem ex pluribus cauſis. *l. poſſideri. 3. §. ex. 4. D. de adquir. vel amit. poſſeſ.*

Poſſidere videtur naturaliter is, qui uſumfru-

ctum habet. *l. naturaliter.12. D. de adquir. vel amit. poſſeſ.*

Poſſeſſioni non videtur renunciaſſe, qui rem vindicavit. *l.12. in fi. D. de adquir. vel amit. poſſeſ.*

Poſſideo quod meo nomine, poſſum alieno nomine poſſidere. *l. quod 18. D. de adquir. vel amit. poſſeſ.*

Poſſidet, cuius nomine poſſidetur. *d. l. quod meo, in princ. D. de adqui. vel amit. poſſeſ. c. cum veniſſet. de reſtitut. ſpoliat. c. ſi diligenti, de præſcript.*

Poſſeſſor plus juris habet, quam ille qui non poſſidet. *l. 2. D. uti poſſidetis.*

Poſſidere prohibetur, qui colere fundũ prohibetur, *l. ſi duo. 3. §. itẽ. 4. in fi. D uti poſſid.*

Poſſidere potius melius eſt, quam in perſonam experiri. *l. 1. §. 1. D. de ſuperficieb.*

Poſtliminio carent, qui armis victi hoſtibus ſeſe dederunt. *l. poſtliminio. 17. C. de captiv. & poſtlimi. reverſ.*

Poſſidere non videtur, qui poſſidetur. *l. 113. D. de div. reg. iur.*

Poſſeſſionem qui duntaxat omittit, non alienat. *l. non 119. D. de div. reg. iur.*

Poſſeſſorem cogi ab eo qui expetit, titulum ſuæ poſſeſſionis dicere, incivile eſt. *l. cogi. 11. C. de petit. heredita.*

Poſſeſ.

Poſſeſſio cui priori ſoli tradita eſt, eum haberi potiorem convenit.*l.quoties.15. C.de rei vendi.*

Poſſeſſori nulla neceſſitas probationis incũbit.*l.2.C.de probat.l.1.§.1.D.famil.erciſc.*

Poſſeſſionis titulum duplicare ſibi nemo poteſt.*l. cum res.4.C.de contrahend.empt. & vendit.*

Poſſeſſionem nemo ſibi jure mutare poteſt. *l.ad probationem.23.C.de locat.& conduct. l.cum nemo.5. C. de adquir. vel retinend. poſſeſ.*

Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum.*c.poteſt de reg.iur.in 6.*

Poſſibile non eſt, & lædentem & læſum tueri. *Novel.17.de mandat.princip.c.neq;.7.*

Poſſeſſor malæfidei ullo tempore non præſcribit.*c.poſſeſſor. de reg.iur.in 6.*

Potentioribus pares eſſe non poſſumus. *l.3. in prin.D.de alienat.iudi.mutand.cauſ.fact.*

Potentior eſt, qui tenet, quam qui perſequitur.*l. 91.§.3.in fi.D.de verb.obligat.*

Potior eſt cauſa prohibentis in re pari. *l.Sabinus.28.D.commu.divid.*

Potens potenter tormenta patietur. *8.q.1.cap. illud.*

Præſens eſt, qui in hortis eſt.*l 5.D.de procuratorib.*

Præju-

CAPVT PRIMVM

Præjudicium non fiat impuberi per puberis perſonam. *l 3. §. 8. D. de Carbonia. edict.*

Præcipitandi non ſunt, qui deliberant. *l. 1. §. 12 in fi. D. de ſucceſſor. edict.*

Præualet jure, qui prævenit tempore. *l. 2 C. qui potior. in pignor. habean. cap qui prior. de reg. iur. in 6.*

Præmature qui petit, plus petere videtur. *§. ſi quis agens. 33. Inſt. de actionib.*

Præcaveri debet, quod infirmari vel vitupe-rari poteſt. *c. 1. de ſerv. non ordinand.*

Præceptum ex timore qui facit, aliter, quam debeat, facit, & ideo jam non facit. *cap. qui ex. de reg. iur.*

Principi datum eſt jus, ut quod conſtituiſſet, ratum eſſet. *l. 2. §. noviſſime 11. de orig. iur.*

Princeps quod conſtituit, pro lege ſervatur. *l. 2. §. ita in civitate. 12. de orig. iur.*

Princeps legibus ſolutus eſt. Auguſta autem, licet legibus ſoluta non eſt, princeps tamen eadem illi privilegia tribuit, quæ & ipſe habet. *l 31. D. de legib.*

Principi quod placuit, legis habet vigorem. *l. 1. in prin. D. de conſtitut. princip.*

Princeps non videtur beneficium defuncto conceſſiſſe, quem vivere exiſtimabat *l. Neratius. 191. de div. reg. iur.*

Princeps, quod alicui ob meritum indulſit, vel ſi-

vel ſi cui pœnam irrogavit, vel ſine exemplo ſubvenit, perſonam non egreditur, nec ad exemplum trahitur. *d.l.1.§.2. D. de conſtit. princip.*

Principis beneficium pleniſſime interpretari debemus. *l.3. de conſtit. princip.*

Princeps credidit eos, qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide & gravitate ad officii magnitudinem adhibentur: non aliter judicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus. *l. unic. §.1. in fi. D. de offic. præfect. prætor.*

Privilegiatus adverſus privilegiatum non utitur ſuo privilegio. *l. verum. 11. §. item quæritur. D. de minorib.*

Principum mandata naturalem habent intellectum. *l. civis. D. de ſerv. exportand.*

Privilegium militum ad alienam injuriam porrigi non oportet: nec in aliis circa ſupremam voluntatem imperitiæ venia datur, quam in bonis militum. *l. impuberi. 40. D. de adminiſt. & peric. tutor.*

Prius eſſe debet, cui detur, deinde quærendum eſt, an datum conſiſtat. *l. quidam. 14. D de iur. codicil.*

Princeps omnia jura in ſuis ſcriniis noſcitur habere. *l. omnium. 19. C. de teſtament.*

Princeps.

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM

Præjudicium non fiat impuberi per puberis perſonam. *l 3. §. 8. D. de Carbonia. edict.*

Præcipitandi non ſunt, qui deliberant. *l. 1. §. 12 in fi. D. de ſucceſſor. edict.*

Prævalet jure, qui prævenit tempore. *l. 2. C. qui potior. in pignor. habean. cap. qui prior. de reg. iur. in 6.*

Præmature qui petit, plus petere videtur. *§. ſi quis agens. 33. Inſt. de actionib.*

Præcaveri debet, quod infirmari vel vitupe- rari poteſt. *c. 1. de ſerv. non ordinand.*

Præceptum ex timore qui facit, aliter, quam debeat, facit, & ideo jam non facit. *cap. qui ex. de reg. iur.*

Principi datum eſt jus, ut quod conſtituiſſet, ratum eſſet. *l. 2. §. noviſſime 11. de orig. iur.*

Princeps quod conſtituit, pro lege ſervatur. *l. 2. §. ita in civitate 12. de orig. iur.*

Princeps legibus ſolutus eſt. Auguſta autem, licet legibus ſoluta non eſt, princeps tamen eadem illi privilegia tribuit, quæ & ipſe habet. *l 31. D. de legib.*

Principi quod placuit, legis habet vigorem. *l. 1. in prin. D. de conſtitut. princip.*

Princeps non videtur beneficium defuncto conceſſiſſe, quem vivere exiſtimabat *l. Neratius. 191. de div. reg. iur.*

Princeps, quod alicui ob meritum indulſit; vel ſi.

vel ſi cui pœnam irrogavit, vel ſine exemplo ſubvenit, perſonam non egreditur, nec ad exemplum trahitur. *d.l.1.§.2. D. de conſtit.princip.*

Principis beneficium pleniſſime interpretari debemus. *l.3. de conſtit.princip.*

Princeps credidit eos, qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide & gravitate ad officii magnitudinem adhibentur: non aliter judicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus. *l. unic.§.1.in fi. D. de offic.præfect. prætor.*

Privilegiatus adverſus privilegiatum non utitur ſuo privilegio. *l. verum.11. §. item quæritur. D. de minorib.*

Principum mandata naturalem habent intellectum. *l.civis. D. de ſerv.exportand.*

Privilegium militum ad alienam injuriam porrigi non oportet: nec in aliis circa ſupremam voluntatem imperitiæ venia datur, quam in bonis militum. *l.impuberi.40. D. de adminiſt.& peric.tutor.*

Prius eſſe debet, cui detur, deinde quærendum eſt, an datum conſiſtat. *l.quidam.14. D de iur.codicil.*

Princeps omnia jura in ſuis ſcriniis noſcitur habere. *l.omnium.19.C.de teſtament.*

Princeps.

Princeps hominum voluntates audire vult, non jubere. *d.l.19.C.de teſtament.*

Princeps philoſophiæ plenus nihil imperfectum videtur ſanxiſſe. *l.pen.C.de his quæ ut indig.*

Principis in comitatu ſacro nihil poteſt timeri. *l.1.C.de his qui per met. iudi. non appellat.*

Princeps licet legibus ſolutus ſit; legibus tamen vivit. *in fin. Inſtit. quib. mod. teſtament.infir.*

Principio uno illicito dato, plurimas neceſſe eſt manus circumire eum, qui donationẽ fecit. *Novel.8.ut iudic.ſine quoq; ſuffrag.fia. in præfat.§.cogitatio.1.verſ. cõſideravimus.*

Priorum quæ oblita eſt, non rurſus ex prioribus adjuvabitur. *Novel.22. de nupt.cap. non tamen.36.*

Privilegium omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. *11.q.3.c. privilegium.c.ut privilegia.de privileg.*

Probatum ſemel reprobare non poſſum. *l. Pomponius.9.D. de negot geſt.contra l.6.§. 6.D.de excuſat.tutor.*

Probatio ei, qui dicit, incumbit, non qui negat. *l.2.D.de probat.l.21.eod.*

Prohibere qui potuit, tenetur, ſi non fecerit. *l.ſcientiam.45.D.ad l.Aquil.*

Prohi-

Prohibendus nemo eſt libertati favere. *l.3.§.8.D.de liber.homi.exhibend.*

Prohibiti intereſt à nemine prohiberi. *l.3.in fin.de verb. obligat.*

Prole ex filiorum vel filiarum diuturnitatis nobis memoriam in ævum relinquimus. *l.liberorum.220.in fi.de verb ſig.*

Proniores eſſe debemus ad liberandũ, quam ad condemnandum. *l. Arrianus.47.D.de obligat.& actionib.lib.2.feud.tit. hic finit. lex.§.ad hoc.1.*

Propoſitũ aut ꝓmiſſum nõ infringit, qui in meli⁹ illud cõmutat.*c.ꝑvenit.2.de iureiur.*

Provinciales eos accipere debemus, qui in provincia domicilium habent: non eos, qui ex provincia oriundi ſunt.*l.provinciales.190.D.de verb.ſig.*

Proxenetica jure licito petuntur.*l.1.D.de proxenet.*

Proxima noxia cum complemus, & Dei juſſa contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipſos crudeliori mortis gladio trucidamus.*c.duo mala.diſt.13.*

Proximus proprie ex pluribus dicitur. *l.1.§.5.D.unde cognati.*

Proximus eſt, cui nemo antecedit, ſupremus eſt, quem nemo ſequitur. *l.proximus.92.D.de verb.ſig.*

Publi-

Publice utile eſt, abſentes à quibuſcunq; defendi. *l. ſervum. §. 2. D. de procurat.*

Publice utile eſt, ſine metu & periculo per itinera commeari. *l. 1. §. 1. D. de his qui deiecer. vel effud.*

Publice intereſt, partus non ſubjici, ut ordinum dignitas, familiarumque ſalva ſit. *l. 1. §. ſed & 13. D. de inſpiciend. vent.*

Publicanorum factiones quantæ audaciæ, quantæ temeritatis ſint, nemo eſt, qui neſciat. *l. quanta 12. D. de publica & vectigal.*

Publicano non imputatur, quod non inſtruxit tranſgredientem: ſed illud cuſtodiendum, ne decipiat profiteri volentis. *l. interdum. 16. §. divi. 6. D. de publica. & vectigal.*

Publice non prodeſt, ſingulis legum adminicula denegari. *l. unic. C. de ſentent. præfector. prætor.*

Pueri tanto periculoſius cadunt, quanto citius conſcendere ad altiora feſtinant *1. q. 1. c. pueri.*

Puer ex ſtudiis ſuis intelligitur. *cap. 3. de præſumptionib.*

Puer non debet apud eas remanere perſonas, de quibus poſſit eſſe ſuſpicio, quod ſaluti vel vitæ inſidientur illius. *c. fin. de converſ. infidel.*

Puerilis ætas nec ſcire nec diſcernere poteſt.

teſt. *l. pupillus. 9. D. de adquir. vel amit. hereditat.*

Pupillus meliorem non deteriorem ſuam cõditionem facere poteſt. *l. contra 28. D. de pact.*

Pupillus ſemper tenetur, in quantum eſt factus locupletior. *l. Iulianus. 13 §. 7. D. de actionib. empt. & vendi.*

Pupillæ perſonæ ſuccurritur, quæ meruit pręcipuum favorem, non cauſæ. *l. ex pluribus. 42. D. de adminiſt & pericul. tutor.*

Pupillo expedit rem ſuam ſalvam fovere, quam tabulas cautionis habere. *l. ſuſpectus 5 D. de ſuſpect. tutorib.*

Pupilli judicium non eſt firmum in eligendo tutore. *l ſi tutoris. 25. D. de manumiſ. vindi.*

Pupillus non eſt, qui in utero eſt. *l. non. 161. D. de verb. ſignif.*

Pupillus, pati poſſe, non intelligitur. *l. in eo. 110. §. 1. D. de div. reg. iur.*

Pupillus nec velle nec nolle creditur. *l. pupillus. 189. D. de div. reg. iur.*

Pupillis ſapientum hominum jura nullo modo concedantur. *l. fin. C. de teſtam. milit.*

Q.

QUando quis certat, de damno vitando, error in facto proprio toleratur,

tur. l. ſed etſi me putem. 22. D. de condict. indebit.

Quatenus cujus interſit in facto, non in jure cõſiſtit. *l. quatenus. 24. D. de diverſ. reg. iur.*

Quanto quilibet præeſt melioribus, tanto major ipſe & honeſtior eſt. *Novel. 15. de defenſorib. civitat. in præfat. in fi.*

Quanto minora ſunt, quæ ſparguntur, tanto plures ſuſcipientes erunt. *Novel. 105. de conſulib. cap. ſi autem. 2. §. quid autem* 1.

Quanto morti vicinior efficeris, tanto ſollicitior atque timidior eſſe debes. *c. tanta. diſtinct. 86.*

Quæ bona fide à tutoribus geſta ſunt, rata habentur. *l. cum plures. 12. §. 1. D. de adminiſt. & peric. tut.*

Quæ domi geruntur, per alienos non facile poterunt confiteri. *l. conſenſu 8. §. ſervis. 6. C. de repud.*

Queri de ſe debet, qui ſciens in rem alienam impendit. *l. plane. 38. D. de hereditat. petit.*

Queri de ſe debet, qui periculo ſeſe collocat. *l. item mela. 11. in prin. D. ad l. Aquil.*

Queri de ſe debet, qui male probavit. *l. ſi vina. 15. D. de peric. & com. rei vendi.*

Quem non honoro, gravare non poſſum. *l. ab eo. 9. C. de fideicom.*

Quem

Digitized by Google

Quem ad locum veneris, ejus morem ſerva. *c. illa autem. diſtin. 12.*

Queritur pater de malo filio, queritur filius de duro patre. *2. q. 7. c. queritur.*

Qui non habet in ære, luat in corpore. *l. ſi quis. 7. §. 3. D. de iuriſdict.*

Qui cæteros ad portionē vocat, eadem parte contentus eſſe debet. *l. cum in eo. 44. D. de pact. l. 59. D. de adminiſt. & pericul. tutor.*

Qui neſcit, videtur experiendi poteſtatē non habere *l. annus. 6. D. de calumniatorib.*

Qui procurat, nihil amplius quam bonam fidem præſtare eum oportet. *l. idemq; 10. in prin. D. mandati.*

Qui patitur ab alio mandari, ut ſibi credatur, mandare intelligitur. *l. 18. D. mandati.*

Quilibet ſuo contentus ſit. *l. 8. D fini. regund. l. 4. C. eod.*

Qui caret minoribus, non fruatur majoribus. *l. cui. 5. D. de ſerv. exportand.*

Qui in fuga eſt, ibi non moratur. *l. Titius. 9. D. de ſerv. exportand.*

Qui aliud dicit, quam vult: neque id dicit, quod vox ſignificat, quia non vult: neque id quod vult, quia id nō loquitur. *l. in ambiguo. 3. D. de reb. dub.*

Qui mandat ſolvi, ipſe videtur ſolvere. *l. 56. D. de ſolutionib.*

Qui

Qui non habet, quod perdat, ejus periculo nihil eſt. *l. itaque fullo. 12. in prin. D. de furt.*

Qui ſibi non pepercit, multo minus alii parcet. *l. 2. §. 6 in fi. D. de bon. eor. qui ante ſentent.*

Qui ſemel recte cognitus eſt, non debet ob hoc ſolum, quod jam probatus eſt, improbari. *l. liceat. 12. C. de adſeſſorib.*

Quis ferat, liberos à parentibus, à fratribus ſorores, à viris conjuges ſeparari? *l. poſſeſſionum 11. C. commun. utriuſq; iudi.*

Qui complent juſſa, ad lucrum vocentur; qui autem neglexerint, ſibi imputent, ſi ab hujuſmodi commodo repellantur. *l. ſi plures. 6. in fi. C. de condit. inſert.*

Quilibet quod promiſit in memoria ſua ſervare: non ab aliis ſibi manifeſtari poſcere debet. *l. magnam. 12. C. de contrahend. & commit. ſtipulat.*

Qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. *Inſtit. de excuſat. tutor. in fine princip.*

Qui in alterius eſt poteſtate, nihil ſuum habere poteſt. §. *item vobis. 3. Inſt per quas perſo. cuiq; acquir.*

Qui nihil omnino dat, nihil omnino percipiat *cap. 5. in fi. nevel. 2. de non elig. ſecund. nubent.*

Quiſq;

Quiſque de ſua conſcientia jurare debet, & non de alieno facto. *libr.2.feudor.tit 58.de not.feud.§.cum datur.*

Qui multum emungit, elicit ſanguinem. *cap. deniq;.diſtinct.4.c.niſi.§.propter autem. de renunciat.*

Quicunque primatum deſiderat in terra, inueniet confuſionem in cœlo. *c.quicunque. diſtinct.40.*

Qui murorum undique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi ſe in fugā præcipitat, ubi brevior murus ingeritur. *c.nervi diſtinct.13.*

Qui ſe ſcit aliquibus eſſe præpoſitum, nō moleſte ferat, aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam, quam exigit, ipſe etjam dependat. *cap.quanquam omnes.diſtinct.23.*

Quicquid bene geſtum fuerit, & ſecundum præcepta legalia cuſtoditum, nō poteſt facientibus deperire. *c.deinde diſtinct.20.*

Quidam ſub nomine ſimplicitatis excuſant ſtultitiam. *diſtin.30.in princ.*

Quiſquis rebus prætereuntibus ſtrictius utitur, quam ſeſe habeant mores eorum, cum quibus vivit, aut intemperans, aut ſuperſtitioſus eſt. *c.quiſquis.diſtinct.41.*

Qui hac intentione male accipit, ut bene diſpenſet, gravatur potius quam juvatur. *1.q.1.c.non eſt putanda.*

Qui ſe

Qui ſe ingerit, eſt procul dubio repellendus. *c.1.q.6.c.ſicut.*

Quiſque ſuis terminis ſit contentus, nec ſupra menſuras juris ſui affectet augeri. *7.q.1.c.ſi quis epiſcopus.*

Quies nobis ex corde appetenda eſt, & tamen pro multorum lucro aliquando poſtponenda. *8 q.1.c.in ſcripturis.*

Quibus vivis nō communicamus, nec mortuis communicare debemus. *11.q.3.c.quicunq; intra.*

Qui juſtus eſt, & injuſte maledicitur, prœmium redditur. *11.q 3.c.qui iuſtus.*

Quod de præſenti eſt, inſpicere debemus. *l. cui.3.§.1.D.de poſtuland.*

Quo caſu inter exteros condictio naſcitur, inter maritos nihil agitur. *l. ſi vir.52. in fi. D.de donat. inter vir. & uxor.*

Quod quis ab alio exigit, ipſe in ſeipſo præſtare debet. *l. quoties.9.§. & generaliter.3. D.de adminiſt.& pericul. tutor.*

Quotidiana ſunt advertenda. *l. legavi.25.D. de liberat.legat.*

Quod tibi non nocet & alii prodeſt, de facili eſt concedendum. *l. in ſumma. 2. §. item Varus.D.de aqua & aq.pluv.arcend.*

Quod contra conſcientiam fit, id omne ad gehennam ædificat. *c.omnes,28.q.1.*

Digitized by Google

Quod ad poſteros tranſit, in perpetuū durat. *l. immunitates. 4 D. de iur. immunita.*

Quod ad certam ſpeciē civitatis relinquitur, in alios uſus convertere non licet. *l. 1. D. de adminiſt. rer ad civitat. pertinent.*

Quoties utriuſque cauſa lucri ratio vertitur, is præferendus eſt, cujus in lucrum cauſa tempore præcedit. *l. quoties. 98. D. de div. reg. iur.*

Quod quis, ſi velit, habere non poteſt, id repudiare non poteſt. *l. qui. 174 § 1 D. de div. reg. iur.*

Quod evincitur, in bonis non eſt. *l. 190. D. de div. reg. iur.*

Quoties nihil ſine captione inveſtigari poteſt, eligendum eſt, quod minimum habet iniquitatis. *l. quoties. 200. D. de div. reg. iur.*

Quod contra jus vel utilitatem publicam in quolibet negotio profertur, non valet, *l. iubemus. 10. C. de ſacroſanct Eccleſ.*

Quod ab initio ſponte ſcriptum eſt, hoc ab invitis poſtea cōpleatur. *l. fin. C. ad SCtum Velleia.*

Quod per me non ſtat, mihi imputari non debet. *l. 1. C. de his quæ ſub mod. leg.*

Quod ante nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur. § *fera. 12. Inſtit. de rer. diviſ.*

Quod

Digitized by Google

Quod quis ſuis laboribus vel proſpera fortuna acquirit, luctuoſum eſt, ſi ad alium perveniat. *§.1.in fin.Inſt.per quas perſo cuique acquir.*

Quod meum eſt, amplius meum fieri non poteſt. *§.ſed ſi 10.Inſt.de legat.*

Quo quiſque magis ratione nititur: eo majoris autoritatis ejus verba eſſe videntur. *diſtinct.20.in prin.*

Quod te juſte poſſit offendere, facile non credas: nec te ad vindictam res accendat incognita. *c.ſi quid.diſtinct.86.*

R.

Rationes reddere nihil aliud eſt, quam reliqua ſoluere. *l.quamvis.32.D.de conditio.& demonſtrat.*

Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum. *c.ratum. de reg. iur.in 6.*

Rationi congruit, ut ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore. *c.rationi.de reg.iur. in 6.*

Recuſare nemo poteſt, quod recuſare non potuit. *l.poſtulante.44.D.ad SCtum Treb.*

Recta quæ ſunt, elige, & hæc quaſi in faſciculum collecta in conſuetudinem depone. *c. novit.diſtinct.12.*

Recur-

Digitized by Google

Recurrendum ſemper eſt ad cor proprium, ut nullius lingua ibi implicet, ubi cõſcientia non accuſat, quem enim conſcientia defendit, liber eſt. *11.q.3.c.in cunctis.*

Redditur univerſis, quod pro voto omnium primatibus indulgetur. *l. reſtituenda.6.C. de advocat.diverſ.iudicior.*

Referendum eſt ad modum boni viri, non ad qualitatem utendi. *l.item.9 in fi.D.de uſufruct & quemadmod.*

Refertur ad univerſos, quod publice fit per majorem partem. *l.aliud 160 §.1.D.de div. reg.iur.*

Regulas magiſterii inde ſumas, unde honorem accepiſti. *c.de his.diſt.12.*

Reipublicæ cauſa non dicitur vere abeſſe, qui ſui commodi cauſa in legatione eſt. *l. non vere 42.D.ex quib.cauſ.maior.*

Reipublicæ defenſionem amplius quam ſemel ſuſcipere nemo cogitur. *l. æſtimationem.16.in fi.D.de munerib.& honorib.*

Reipublicę cauſa abeſſe intelligendus eſt, qui ad id negotiũ, vel ab eo revertitur. *l.tempus.4.D.de vacat.& excuſat.muner.*

Rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter. *l.in re mandata.21.C.mandati.*

Remedium fruſtra quæritur, ubi nulla ſubeſt læſio. *l.ex conſenſu 23.§.1.de appellationib.*

Renunciare cauſam ſicut nemo cogitur; ita liberum arbitrium deſiſtendi ei nõ datur. *l.res.22.§.fina.de iur.fiſci.*

Repudiare is poteſt, qui & adquirere. *l.is.18. D.de adquir.vel amit.heredita.*

Repeti à creditoribus, qui ſuum receperunt, nõ poteſt. *l.de hereditate.5.C.de petit.hered.*

Reſtitutionem non capit, qui ſtatum mutat. *l.ſi ex cauſa.9.§.4.D.de minorib.*

Res hactenus mihi abeſſe videtur, quatenus ſum præſtaturus. *l.plane.34.§ 8. de legat.1.*

Reſpublica creditrix omnibus chirographariis præfertur. *l.bonis. D.de privil.creditor.*

Reſtituere in integrum eſt, honoribus & ordini, & omnibus cæteris reſtitui. *l.1. C. de ſentent.paſ.*

Reverentia perſonarum omnem excludit reſtitutionem. *l.2.C.qui & adv quos in integ.reſtit.poſ.*

Reverentiæ debitæ munus qui non agnoſcunt, non immerito adverſus ſe provocant ſeveritatem. *l.etiam.5. C. de obſeq.patron.praſtand.*

Ridiculum eſt dicere vel audire, quod per ignorantiam, alienam rem aliquis propriam, occupaverit. *l.final.C.unde vi.*

Rubore verecundiæ facilius revocamur ad pœnitentiam. *c.prater.in fi.diſtinct.32.*

Ruſtici.

Ruſticitati hominis parcendum eſt, *l.2.§.1. D ſi quis in ius vocat. non ier.* eique ſemper conſultum eſt. *l. & ab 31. in prin. C. de teſtament.*

Ruſticorum à proverbiis arguendum eſt. *l. ſi chorus. 79 §.1. de legat 3.*

Ruſtici pecuniam optare non audent. *l. domini. 5. C. de agricol. & cenſit.*

S.

SAcerdotis eſt nulli nocere, omnibus autem prodeſſe velle. *c. final. de poſtuland.*

Salutem reipublicæ tueri nulli magis convenire, nec alium ſufficere rei quam Cæſarem credēdum eſt. *l. 3. in prin. D. de offic. præfect vigil.*

Sanctius eſt non vovere, quam votum, prout melius poteſt, non perficere. *12. q. 1. cap. ſcimus.*

Sapiens non eſt omnis, qui nocet. *6. q. 1. c. ſapiens.*

Sapientiæ magnæ eſt, revocare hominem, quod male locutus eſt. *22 quæſt. 4. cap magna.*

Satis & abunde ſufficit, vel in una ſpecie per amici laborem domino conſuli. *l. tutores. 39. §. 2. D. de adminiſt. & peri. tut, l. tutori. 20. c. de negot. geſt.*

Satisdatio propoſitum tutoris malevolum non mutat; ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat. *l. quia. 6. D. de ſuſpect. tutorib. §. fin. Inſt. eod.*

Satisdationem offerre quis non tenetur, ſed ſatis eſt petenti moram non facere. *l. diverſum. 2. D. quod legatorum.*

Sedem non mutat, qui mentem non mutat. *7. q. 1. c. ſcias.*

Semper ſexus maſculinus fœmininum continet. *l. qui duos. 62. de legat. 3.*

Semel quod placuit, amplius diſplicere non poteſt. *c. quod ſemel. de reg. iur. in 6.*

Semel Deo dicatum, non eſt ad uſus humanos ulterius transferendum. *c. ſemel. de reg. iur. in 6.*

Seniorem non increpaveris. *2. q. 7. c. Paulus dicit.*

Sentiens onus, ſentire debet commodum, & contra. *c. qui ſentit. de reg. iur. in 6.*

Separationem duram quem injunxiſſe credendum non eſt. *l. quaſitum. 12. §. uxores. 7. D. de inſtruct. lega.*

Sequimur id, quod in regione frequentatur. *l. ſemper. 34. D. de div. reg. iur.*

Sermone antiquo uſus qui affectat ſcribere, parum libri ejus grati habentur. *l. 2. §. poſt hoc quoq; 46. de orig. iur.*

Servis

Servis licet naturaliter in ſuum corpus ſævire *l.ſed ſi 9.§.7.D.de pecul.*

Servi non debent ſaluti dominorum ſuam anteponere. *l.1.§.iuxta hoc.28.D. de SCto Syllania.*

Servire nobis intelliguntur etjam hi, quos curamus ægros, qui cupientes ſervire propter adverſam valetudinẽ impediuntur. *l.cum heres.4.§.Stichus.5.D.de ſtatu lib.*

Servus reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt. *l. 211.D.de div.reg.iur.*

Servire liberos creditoribus ob æs alienum, jura compelli non patiuntur. *l. ob æs.12.C. de obligat.& actio.*

Sermone effuſo qui ſeſe jactat, in promtum incidit periculum. *l ſi pater.7.in fin.C.de dot.promiſ.*

Sibi quilibet ſolvendo eſt & dives. *l.quærebatur.81 D ad l.Falcid.*

Si fieri poteſt, cum omnibus hominibus pacem habeamus. *12.q 3.c.inter verba.*

Similem cum aliis vitam ſuſcipientes, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam. *c.recolentes.de ſtat.monachor.*

Singuli creandorum pares eſſe non poſſunt. *l.1 C.de tutorib. vel curato.illuſtri.*

Singula officia ſunt ſingulis committenda perſonis. *c.cum ſingula.de præbend.in 6.*

Si pergitis dicere quæ vultis, audietis quæ nõ vultis. *13. q. 1. c. Eccleſias. §. quibus autem.*

Socius ſocii mei non eſt meus ſocius. *l. nam. 20. D. pro ſocio. l. conſilii 47. §. 1. D. de div. reg. iur.*

Socius nemo fit invitus, cui non vult. *l. 65. §. ſocietas. 11. D. pro ſocio.*

Socium qui parum diligentem ſibi adquirit, de ſe queri debet. *l. ſocius. 72. D. pro ſocio.*

Socii conſolationum ſint, qui fuerunt paſſionum. *c. 1. de ſepult.*

Solet plus timeri, quod ſingulariter pollicetur, quam quod ſponſione generali concluditur. *c. quanquam omnes. diſtinct. 23.*

Solvit minus, qui tardius ſolvit: nam & tempore minus ſolvitur. *l. ut ſi cui. 12. D. de verb. ſig. l. ſi quis agens. 33. Inſt. de actionib.*

Solutus non eſt, qui in publico ſine vinculis ſervatur. *l. 48 D. de verb. ſignif.*

Solvendo videtur is eſſe, qui defenditur. *l. nemo. 95. D. de div. reg. iur.*

Sortiri in diſcordia oportet. *l. ſi qua ſunt. 6. D. famil. erciſ.*

Spicas qui excuſſit, non novam ſpeciem facit, ſed eam quæ eſt detegit. *l. adeo. 7. §. 7. in fin. D. de adquir. rer. domi.*

Spiritu Dei qui aguntur, non ſunt ſub lege. *c. niſi. §. perſona. de renunciat.*

Stimu-

Stimulos contra naturales eſt curam filii refutare. *l. amiciſſimos. 36. D. de excuſat. tutor.*

Stipendia temporis, quo apud hoſtes eſt, nullus jure reſtitui deſiderat. *l. 1. C. de re milit.*

Stipendium illi conſequuntur, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium. *12 q. 2. c. caritatem.*

Stulti non debent eſſe melioris conditionis quã periti. *l. ſervus. 4. D. quod vi aut clam.*

Stultus eſt, qui in eo ſe primum exiſtimat, ut bona quæ viderit, diſcere contemnat, *c. de Conſtantinopolitana. diſtin. 22.*

Succedaneus eſſe alieni periculi nemo cogitur. *l. ſi plures. 3. § 8. D. de adminiſt. & peric. tutor.*

Sufficit diligenter negotia geſſiſſe, etſi eventum adverſum habuit, quod geſtum eſt. *l. quid ergo. 3. §. ſufficit. 7. D. de contrar. tut. vel util. act.*

Sunt plurimi, qui vitam bonorum fortaſſe amplius, quam debent, laudant. *6. q. 1. cap. ſunt.*

Suo nomine quod alicui non licet, nec alieno licebit. *c. quod alicui. de reg. iur. in 6.*

Suſpectus eſt, qui ſe ingerit. *l. quæ omnia. 35. D. de procurat.*

Suſpicio turpis quęſtus eſt vitanda. *l. quintus. 51. D. de donat. inter vir. & uxor.*

Suſpectus non eſt, qui nihil geſſit. *l. hæ enim. 4. §. 4. D. de ſuſpe. tutorib.*

Suſpicio aliena bono viro eſt evitanda. *l. civile. 5. C. de furt. 6. q. 1. c. oves.*

T.

TAcens non utiq; fatetur, ſed tamen verum eſt, eum nõ negare. *l. qui. 142. D. de div. reg. iur. c. is qui. de reg iur. in 6.*

Tacens conſentire videtur. *c. qui tacet. de reg. iur. in 6.*

Talis ſum in ſcriptis aliorum, quales volo eſſe intellectores meorum. *c. neq. diſtin. 9.*

Tales erga ſubjectos noſtros debemus exiſtere, quales nos, ſi ſubjecti fuiſſemus, noſtros vellemus eſſe præpoſitos. *cap. quorundam. diſtin. 74.*

Tangit quod ſimiliter omnes, ab omnibus comprobetur. *l fina in fi. Cod. de autorita. præſtand. c. quod omnes. de reg. iur. in 6.*

Tempore qui liberatus eſt, non ei ſimilis eſt, qui nihil habet: ſed ei qui ſatisfecit. *l. ſi pupillus. 45. D. de adminiſt & peric tutor.*

Tempora diſtribuite & concordet ſcriptura. *2. q. 1. c. ſi peccaverit.*

Tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus, nec præcipitemus conſilia & opera noſtra. *c. ponderet. diſtinct. 50.*

Termi-

Digitized by Google

Terminos antiquos ne transgrediaris. *cap.1. de ſepultur.*

Terram teris, terram geris, & in terram converteris, quia de terra ſumeris. *c. in eccleſiaſtico 13. q. 2.*

Tironibus parcendum eſt. *l. 3. §. ſi plures. 9. D. de re milita.*

Timendo mortem carnis tuæ, dabis mortem animæ tuæ. *11. q. 3. c. non ſolum.*

Tres faciunt collegium. *l. Neratius. 85. D. de verb. ſignif.*

Tolerabilius eſt, aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, quam conjunctos legitime contra ſtatuta domini ſeparare. *c. licet, in fin. de teſtib.*

Turpitudinem ſuam allegans non eſt audiēdus. *l. tranſactione finita. 30. C. de tranſact. l. ſi creditorib. 3. C. de ſerv. pignor. dat. manumiſ. l. 4. C. de revocand. donat.*

Turpe eſt, ut patriæ functiones ferre nō poſſit, qui etiam fortunæ vim ſe ferre profitetur. *l. reddatur 8. C. de profeſſorib. & medi.*

Turpius ejicitur quam non admittitur hoſpes. *c. quemadmodum. de iureiur.*

Tutor moribus pupilli præponitur. *l. cum plures 12. § 3. D. de adminiſt. & peric. tutor.*

Tutor loco domini habetur. *l. tutor. 27. D. de adminiſt. & periculo tutor. l. 56. de furt.* cum

tutelam adminiſtrat, non cum pupillum ſpoliat *l.7 §.3.pro emptore.*

Tutoris præcipuum officium eſt, ne indefenſum pupillum relinquat. *l.tutoris.30.D. de adminiſt & pericul.tutor.*

Tutorem non facultates, ſed fraudulenta vel callida converſatio ſuſpectũ commendet. *l.ſi creditores.§.1.D de privileg.creditor.*

Tutor, quod in reb. pupilli geritur, ignorare non debet. *l.1.verſ.tutores.C.de falſ.monet.*

V.

VBi non voce, ſed præſentia opus eſt, mutus, ſi intellectum vocis habet, poteſt videri reſpondere. Idem in ſurdo. *l.ubi.124.D.de div.*

Ubi pulcerrimum eſt, ut ne quid nimis. *Conſtitut.Leonis 1.*

Vecors & Veſanus is dicitur, qui ſine corde aut ſanitate eſt. *l.malum.242.§ viduam.3. D.de verb.ſig.*

Velle nõ creditur, qui obſequitur imperio patris vel domini. *l.velle.4.D.de div.reg.iur.*

Velle damnabile eſt. *c.voluentibus.diſtinct.27.*

Venia dignus eſt, qui juſte errat. *l.de ætate.11. § qui iuſto.10. D.de interrogat.*

Via, quam elegiſti, tibi pateat. *l.21.in fin.D. quod met.cauſ.*

Viato-

Viatorem ſibi eligere caupo vel ſtabularius nō videtur, nec repellere poteſt iter agentes. *l. uni. § 6. D. furti adv. naut. caup.*

Vicarius quod alii remiſerit, de propriis dare facultatibus compelletur. *l. omnes. 4. C. de annon. & tribut.*

Viduis ſic ſumus in juſtitia debitores, quod aliis injuſtitiam facere non debemus. *c. ex tenore. de for. compet.*

Villicus propter fructus percipiendos, non propter quæſtum præponitur. *l. ſi cum villico. 16. D. de inſtitor. act.*

Vincentem te ſi vinco, fortiori ratione te vinco *l. de acceſſionib. 14. § 3. D. de div. temporal. præſcript.*

Viris bonis convenit, ſalubre conſilium matris admittere. *l. ita autem. 5. §. Papinianus. 8. D. de adminiſt. & peric. tutor.*

Vires patrimonii ſui quilibet ſcire debet. *l. quiſquis. 15. C. de reſcind. vendit.*

Viri docti cautela, magna debet eſſe nobis inſtructio. *c. legitur. diſtinct. 81.*

Vix certis ex cauſis adverſus dominos conſiſtere permiſſum eſt. *l. vix. 53. D. de iudiciis.*

Ultionem nemo ſibiipſi permittere valet. *l. nullus 14. C. de Iudæis.*

Univerſitas conſiſtit in uno. *l. ſicut. 7. in ſi. D. quod cuinſq; univerſita. nomi.*

Uni

Uni ſigillatim quod conceditur, non ſtatim omnibus convenit. *16. q. 1. c. hinc eſt etiam.*

Unus peritior, alter eloquentior; alius edoctior reperitur. *l. 2. §. 45. D. de orig. iur.*

Unuſquiſque ſobolem ſuam nutriat. *l. 2. C. de infantib. expoſi.*

Unuſquiſque ſuis fruatur, & non inhiet alienis. *l. uni. in fi. C. de theſaur.*

Unuſquiſque in ea vocatione permaneat, in qua dinoſcitur eſſe vocatus. *c. licet. de regularib.*

Unum officium vix digne valet quis adimplere. *c. 1. de conſuetudi. in 6.*

Voce ſua quod quiſque dilucide proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio non valet teſtimonio infirmare. *c. per tuas. de probat.*

Voluntas nulla eſt, cui bonis interdictum eſt. *l. furioſi. 40. D. de div. reg. iur.*

Uſufructuarius conductorem repellit. *l. arbores. 59. § 1. D. de uſufr. & quemad.*

Uſufructuarius omnem curam rei ſuſcipit. *l. 1. in fi. D. uſufructuar. quemad. cavea.*

Vulgo conceptus eſt, qui patrem demonſtrare non poteſt, quam habere liceat. *l. vulgo. 23. D. de ſtat. homi.*

Vulgo quæſitus matrem ſequitur. *l. 1. D. ad l. municipal.*

CAPVT

CAPVT SECVNDVM DE REBVS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA • VITTORIO EMANUEL

A.

ABſit, ut eccleſia cum augmento accipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra de damnis quærere. *c. fraternitas tua, 12. q. 2.*

Abſumtum non videtur, quod in corpus patrimonii verſum eſt. *l. pater. 23. D. de adimend. legat.*

Abſurdum eſt, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia. *l. conſulta. 23. C. de teſtament.*

Abſurdum eſt, ipſa origine ſublata, ejus imaginem derelinqui. *l. unic. in princip. C. de latin. libertat. tollend.*

Abſurdum eſt, ut, quod factum eſt recte, ex eo quod tunc non erat factum, poſtea mutetur. *Novell. 66. ut factæ novæ conſtitutiones. cap. ſancimus. 1 §. unde. 4. in fin.*

Abſurdum non eſt, animas hominum quibuſcunque rebus præferri. *l. ſancimus. 21. in fin. C. de SS. Eccleſ.*

Acceptilatio ſolutioni comparatur. *l. non ſolum. 7. §. 1. D. de liberat. legat.*

Acta

Acta omnia ſolemniter præſumuntur. *Inſt. de fideiuſſorib. in fin. l. ſciendum. 30. D. de verb. obligat.*

Actus deveniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, vitiatur. *l. pro parte. 11. D. de ſervitutib. l. pluribus. 140. §. etſi placeat. de verb. oblig.*

Actus defunctorum non ita ſicut viventium ſuſpenduntur. *l. final. D. commun. prædior.*

Actus legitimi, qui non recipiunt diem vel conditionem, per temporis vel conditionis adjectionem vitiantur. *l. actus. 77. D. de diverſ. regul. iur. cap. actus legitimi, eod. in 6.*

Actus agentium non operantur ultra intentionem. *l. non omnis. 19. in princ. D. de reb. credit.*

Actus quilibet duo requirit, voluntatem & poteſtatem. *cap. cum ſuper. de offic. & poteſtat iudic. delegat.*

Actus legitimi ſunt infamibus interdicti *cap. licet de teſtib.*

Actus condicionalis non niſi impleta conditione perficitur. *l. hac venditio. 7. in princip. D. de contrahend. empt.*

Actus, nullus & invalidus, æquiparantur. *l. non dubium. 5. C. de LL.*

Actus quantumvis pius & favorabilis in alte-

rius

rius præjudicium non ſubſiſtit. *Inſt. quib. ex cauſ. manumit. non licet.*

Actus qui fit contra leges non tantum non valet, ſed etiam nomen perdit. *l. fin. C. de ſentent. ex brevic. recitand.*

Adfixa ædificii portio ſunt. *l. librorum. 52. §. 7. in fin. de legat. 3.*

Adiuvari nos non decipi beneficio oportet. *l. in commodato. 17. §. 3. in fi. D. commodat.*

Adquiſitum quod eſt, repudiari non poteſt. *l. 1. §. 7. D. de ſucceſ. edict.*

Adquirendi occaſione qui non utitur, non intelligitur alienare. *l. alienationis. 28. D. de verb. ſignif.*

Ad probandum non admittitur, quod probatum non relevat. *l. ad probationem. C. de probat. cap. cum contingat. de offic. delegat. cap. per tuas. de Symon.*

Adverſitas probatio virtutis eſt, nō judicium reprobationis. *c. adverſitas. 7. q. 1.*

Admonitio vindictā p̄cedat. *c. indigne. 12. q. 2.*

Ædificia non derelinqui pertinet ad decus urbium. *l. prætor. 20. §. 10. D. de oper. novi nunciat.*

Ædificium perfectū eſt, quod in uſu eſſe poteſt. *l. ædificia 139. in fi. D. de verb. ſignif.*

Ædificiis integris depoſitis publicus nō deformetur aſpect⁹. *l. 2. C. de ædificiis privator.*

Ædifi-

Ædificia ſolo cedunt. *l. ſi iis. 5. C. de ædific. privat.*

Æde ſacra diruta locus non eſt profanus. *l. ade. 73. D. de contrahend. empt.*

Æquius eſt vel fruſtra nonnunquam impendia fieri, quam denegari aliquando alimenta ei, qui dominus bonorum aliquo caſu futurus eſt. *l. 1. §. 2. de vent. in poſſeſ. mittend.*

Æquitas quod ſuggerit, etſi jure deſtituamur, tenendum eſt. *l. in ſumma 2. §. 5. in fin. D. de aqua & aq. pluv. arcend.*

Æquitati naturali nihil tam conveniens eſt, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi. *l. qua ratione. 9. §. 3. D. de adquir. rer. domi.*

Æquitas quoties deſiderii, naturalis ratio, aut dubitatio juris moratur, juſtis decretis res temperanda eſt. *l. in ambiguis. 85. §. 2. D. de diverſ. reg. iur.*

Æquitas in omnibus, maxime tamen in jure, ſpectanda eſt. *l. in omnibus. 90. D. de diverſ. reg. iur.*

Æquitas præfertur rigori. *l. placuit. 8. C. de iudiciis.*

Æqualitas in omnibus ſervari debet. *l. 4. in fi. C. commu. dividun. l. 21. §. pen. D. de recept. qui arbit.*

Ære

Ære alieno nullo deducto quis facere poſſe creditur. *l. maritus. 54. D. ſolut. matrimo.*

Æris minimi quæ ſunt, ad nihilum perducuntur. *l. 3. D. de aliment. vel cibar. lega.*

Æs alienum totum patrimoniū imminuit, non certi loci facultates. *l. ſi fideicommiſſum. 50. §. 1. D. de iudiciis.*

Æſtimatio periculum facit. *l. 1 §. 1. D. de æſtimatoria.*

Æſtimatio nulla eſt vani timoris. *l. ſi quis. 13. D. de re iudica.*

Ætas impuberum, quid videat, ignorat. *l. 1. circa fi. C. de falſ. mone.*

Ætas, & morbus, & neceſſaria peregrinatio, itemque aliæ multæ cauſæ ſæpe hominibus impedimento ſunt. *in prin. Inſt. de iis per quos agere poſſ.*

Ætas omnis ab adoleſcentia ad malum prona eſt. *12. q. 1. c. omnis ætas.*

Affectata excuſatio non prodeſt. *l. 2. §. 9. D. ſi quis cautionib.*

Affectus habetur ratio. *l. cum ſervus. 54. D. mandati.*

Affectioni parentum datur venia. *l. 4. §. fin. D. de re milita.*

Agris in alienis, nolente domino, non licet aucupium facere. *l. divus. 16. D. de ſervitut. ruſticor. prædior.*

Agrum

Digitized by Google

Agrum ſuum quis ſic debet meliorem facere, ne vicini deteriorem faciat. *l.1.§.ſed & 4.D.de aqua & aq.pluv.arcend.*

Agri portio videtur aqua viva. *l. is qui 11. D. quod vi aut clam.*

Agrum per alienum tranſire fas eſt; jus non eſt. *c omnes.1.diſtinct.1.*

Alienatum proprie non dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet. *l. alienatum.67.D.de verb.ſignif.*

Alimentorum cauſa non præjudicat veritati. *l.ſi iudex.10. D.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.*

Alimenta cum vita finiri conſtat. *l.cum hi 8. §.10 D.de tranſact.*

Alimenta pro modo facultatum erunt præbenda egentibus. *l.ſi quis.5.§.19.D. de agnoſcend.liber.*

Alimenta præteriti temporis reddenda ſunt. *l.cum unus 10.§.1. D.de aliment. & cibar. lega.*

Alimenta reſtitutio comprehendit. *l. is cui. 11.de aliment.& cibar.legat.*

Aliud eſt, ſi quid tacite continetur, aliud ſi verbis exprimatur. *l. ſi ita 65. §. 1. de legat.1.*

Aliud ex perſona locoque æſtimandum eſt. *l.tales.112, D.de conditionib.& demonſtrat.*

Amiſ-

Digitized by Google

Amiſſum non eſt, quod alteri non ablatum. *l. nec utilem. 20. D. ex quib. cauſ. maior.*

Amor honeſtus ſolis animis æſtimatur. *l. 3. in prin. D. de donat. inter vir. & uxor.*

Ambiguitas nulla cum eſt in verbis, non debet admitti voluntatis quæſtio. *l. ille aut ille 25. §. 1. de legat 3.*

Amiſſum in bello eſt, quod propter cauſam belli amittitur. *l. 1. §. 2. D. de incend. rui. naufrag.*

Ampliari imperium hominum adjectione potius, quam pecuniarum copia princeps vult. *l. cum 7. §. ſi plures. 3. D. de bonis damnator.*

Ambitu murali fundos proprios ſeu loca ſui dominii conſtituta cuilibet vallare licet. *l. per provincias. 10. C. de ædifi. privat.*

Animas oportet prius, & poſtea linguas fieri eruditas. *de iur. docend. ratio. § 9. in fi.*

Annum civiliter, non ad momenta temporum, ſed ad dies numeramus. *l. anniculus. 132. D. de verb. ſig.*

Animi deſtinatione quæ agenda ſunt, non niſi vera & certa ſcientia perfici poſſunt. *l. in totum. 76. D. de diverſ. reg. iur.*

Antiquitatis notitia eſt neceſſaria. *§. 1. Inſt. de teſta. ordinand.*

A poſſe

A poſſe ad eſſe non valet conſequentia. *l. ſi me in vacuam.34. in prin. D. de adquir. vel amit. poſſeſ.*

Arbor propter motum naturalem, non ita in ſuo ſtatu & loco manet, quemadmodum paries. *l. quod autem.7. D. de ſervitutib. urban. prædior.*

Arbor officit, quo minus cœlum videri poſſit. *l ſi arborem.17. D. de ſervitutib. urban. prædior.*

Arcana alieni regni non convenit ſcrutari. *l. mercatores.4. C. de commerciis & mercatorib.*

Ars imitatur naturam. *l. adoptio.16. D. de adoptionib.*

Artes omnes etſi viliſſimæ ſint, tamen infinitæ ſunt, hæc ſola ſcientia finem habet mirabilem. *de iur. docend. ratio §.5. in fi.*

Artificium omne incrementum recipit. *l. legatis.65. §.3. de legat.3.*

Arma ſine flagitio non perduntur ſed turpiter. *l.2. §.2. D. de capti. & poſtl. reverſ.*

Artibus in diſcendis otium eſt accommodandum. *l.1. C. de excuſat. artificum.*

Arrha argumentum eſt venditionis. *in prin. Inſt. de empt. & vendi.*

Arrogantia eſt ruina diaboli. *diſtinct. 48. in princ.*

Arro-

Digitized by Google

Arrogantia non ita caveatur, ut veritas relinquatur. *22.q.2.c.non ita.*

Ars eſt artium, regimen animarum. *c. cum ſit. de ætate & qualita.*

Aſſidua frequentia quaſi præbet nonnullam infamiam. *l. item apud 15.§. aliud. 22. D. de iniur.*

Avaritia legitimis ictibus eſt ferienda. *l. ſi quis ſuo 33. C de inofficio. teſta.*

Avaritia tenti domini, magnam pecuniarum molem non efflagitent. *l. fin. verſ. & ne avaritia. C. de iur. Emphyteu.*

Avaritia omnium eſt mater malorum. *Novel. 8. ut iudices ſine quoq; ſuffragio fia. §. cogitatio. 1. verſ. adminiſtrationes.*

Avaritia idolorum eſt ſervitus. *1. q. 1. cap. cum omnis.*

Auferri ex caſu quod poteſt, non videtur perfecte cujuſque id eſſe. *l. omnes. 139. §. 1. D. de diverſ. reg. iur.*

Augmentum honoris non ambitione, ſed labore ad unumquemque convenit devenire. *l. contra 14. C. de re milit. l. fin. C. ad l. Iul repetundar.*

Aures humanæ talia verba noſtra judicant, qualia foris ſonant. Divina vero judicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur, neç debet intentio verbis deſervire,

ſervire, ſed verba intentioni. *22.q.5. cap. humanæ aures.*

Aurum habet eccleſia, non ut ſervet, ſed ut eroget, & ſubveniat in neceſſitatibus. Quid eſt opus cuſtodire, quod nihil adjuvat? *12. q.2.c.aurum.*

Aurum ſacramenta non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur. *12. q. 2.d.c.aurum.*

A vetuſtioribus eſt incipiendum. *§. ſingulorum. 11. Inſt. de rer. diviſ.*

Autoritatem non præſtat ſola corporis præſentia. *l. 1. in fi. D. de autori. & conſenſ. tutor. & curator.*

Auxilio indigent novo, quæ de novo emergunt. *l. de ætate. 11. §. ex cauſa. 8. D. de interrogat.*

Auxilium ſuum nemini auferri debet. *l. ſi vero. 8. in prin. D. de bon. liberto.*

B.

BElli calamitas quod introduxit, hoc pacis lenitas ſopit. *l. 1. in prin. C. de cadu. tollend.*

Bellum debet eſſe neceſſitatis, ut liberet Deus à neceſſitate, & conſervet in pace, non enim pax quæritur, ut bellum exerceatur, ſed

ſed bellum geritur,ut pax adquiratur. *23. q.2.c.noli.*

Beneficium perſonale cum perſona extinguitur. *l.quia.13.D.ſolut.matrimo.*

Benigniora in dubiis ſemper ſunt præferenda *l.ſemper.56. D. de diverſ.reg. iur. l. cum inter 14.in fi.C.de fideicom.liberta.*

Beneficium invito non datur. *l.invito 69. D. de diverſ.reg.iur.*

Beneficio pro novo qui vetus elegerit,gravamen ſibi imputet.*l ſcimus.22.§.ſin autem. 14.C.de iur.deliberand.*

Beneficia non in cujuſquam injuriam tribuere,moris eſt noſtri.*l.nec avus.4.C.de emancipat.liberor.*

Bene univerſa geruntur & competenter,ſi rei principium fiat decens. *Novel.6.quomodo oporteat Epiſcop.in præfat.*

Beneficium ex eo non debet quis conſequi, cui renunciaſſe tacite videtur. *c.cum olim. de cenſib.*

Beneficium datur propter officium. *c.fin. de reſcript.in 6.*

Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt ſine inſtitutione canonica obtineri. *c. beneficium.de reg.iur.in 6.*

Beneficium à jure indultum , non eſt alicui auferendum.*c.indultum.de reg.iur.in 6.*

Bona

Bona ſua conferant, qui appetunt paterna. *l. 1. in prin. D. de collat. bonor.*

Bona intelliguntur, quæ deducto ære alieno ſuperſunt. *l. ſubſignatum. 39. §. 1. D. de verb. ſignif.*

Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur. *l. bona fides. 57. D. de diverſ. reg. iur. c. bona fides. eod. tit. in 6.*

Bona fide quod erogatur, potius juſtitia, quam aliena autoritate firmatur. *l. ſumptus. 3. C. de adminiſt. tut.*

Bona præſtantiſſima inter homines ſunt juſtitia & benignitas, quarum altera æquabiliter ſuum cuique tribuit, neque appetit aliena: altera ad miſericordiam decurrit, & debitorum incommoditate egentes liberat. *Novel. 163. de relevat. tribut. in prin.*

Bonum non eſt, ut veritas denegetur. *de feud. lib. 1. tit. 23. de content. inter domi. & Vaſal. de inveſtitu feud.*

Bonum nullum eſt, niſi voluntarium. *20. q. 3. c. preſens.*

Bonis publicatis quicquid poſtea adquiritur, non ſequitur fiſcum. *l. ſi mandavero. 22. §. is. 5. D. mandati.*

Bonitas loci æſtimari non poteſt, qui non extat. *l. ſi ſervum. 4. §. 1. D. de actionib. empt. & vendi.*

Bono

Digitized by Google

Bono melius inveniri poteſt. *l. ubi 75. §. 2. de verb. oblig.*

Bonum majus ſicut minori bono præponitur, ita communis utilitas ſpeciali utilitati præfertur. *c. licet. de regularib.*

Bovis triturantis os non debet ligari. *c. extirpanda. de præbend. & digni.*

C.

CAlore quod fit, niſi ſit perſeverantia, ratum non eſt. *l. 3. D. de divort. & repud.*

Canones ſacros non minus quam leges valere, etiam leges volunt, & quæ ſacris viſa ſunt canonibus, obtinent in illis, perinde ac ſi çivilibus inſcriptum eſſet legibus. *l. ſacris 45. C de Epiſco. & Cleri.*

Canicies hominum prudentia eſt. *c. porro. diſtinct. 84.*

Caput eſt pars hominis principalior, per quam cognoſcimur. *l. cum in diverſis 44. D. de religioſ. & ſumptib. funer.*

Caput noxa ſequitur. *l. 2. in prin. D. ſi ex noxali cau. l. ſed ſi 17. §. 7. D. de iniur. l. licet. 4. C. an ſervus pro ſuo facto.*

Caritas eſt radix omnium bonorum. *c. quia. de pœnitent. diſt. 2.*

Caritas ordinata à ſeipſa incipit. *l. præſes. 6. C. de ſervitutib. & aqua.*

Caritas eſt fons proprius, cui non communicat alienus. *c. licet, in fi. de regularib.*

Caritatis inter opera non minimum eſt, errantem ab erroris ſui ſemita revocare. *c. inter opera. de ſponſal & matrimo.*

Caſtitas eſt vitæ preferenda. *l. 2. §. & cum placuiſſet. 24. D. de orig. iur.*

Caſtitas ſola cum fiducia Deo potis eſt hominum animas præſentare. *Novel. 14. de lenonib. § ſancimus. 1.*

Caſtigatio levis permiſſa eſt docenti. *l. ſed et ſi 5. in fi. D. ad l. Aquil l. 13. §. 4. D. Locati.*

Caſus adventitii computandi non ſunt. *l. Iulianus. 6. D. qui & à quib manumiſ.*

Caſus fortuitos nullum humanum conſilium providere poteſt. *l. non utique. 2. §. ſi eo tempore 7. D. de adminiſt. rer. ad civitat. pertinent.*

Caſus omiſſus à lege vel ſtatuto relinquitur diſpoſitioni juris communis. *l. ſi extraneus. 6. D. de condict. cauſ. dat.*

Cauſa naturalis inhibet repetitionem. *l. pen. in fi. D. quod quiſq; iuris.*

Cauſa in pari melior eſt conditio occupantis. *l. pluribus. 32. D. de procurat.*

Cauſam perpetuam non habet, quod ma-

nu fit

Digitized by Google

nu fit. *l. foramen. 28. D. de ſervitutib. urban. prædio.*

Cauſa naturali fit, quod de cœlo cadit. *d. l. foramen 28. de ſervitutib. urba prædio.*

Cauſam operarum mutat, robur hominis, ætas temporis, & oportunitas naturalis. *l. ſi non. 26 §. 22. D. de condict. indebi.*

Cauſa limitata limitatum parit effectum. *l. in agris. 16. D. de adquir. rer. domi.*

Cauſa lucrativa non videtur eſſe ex promiſſione dotis. *l. ex promiſſione. 19 D. de obligat. & actionib.*

Cauſa difficultatis ad incommodũ promiſſoris, nõ ad impedimentũ ſtipulatoris pertinet. *l. continuus. 137. §. 4. de verb. oblig.*

Cauſa diverſa eſt voluntatis expreſſæ, & ejus quæ ineſt. *l. eum qui. 138. § 1. de verb. obligat.*

Cauſæ ex perſonarum conditione & rerum qualitate & diligenter ſunt æſtimandæ, ne quid aut durius aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa poſtulabit. *l. Pedius 4. D. de incend. rui. naufrag.*

Cauſis in omnibus pro facto accipitur id, in quo per alium moræ ſit, quo minus fiat. *l. in omnibus 39 D. de diverſ. reg. iur.*

Cauſæ cognitio ubicunque eſt, ibi prætor deſideratur. *l. 105. de diverſ. reg. iur.*

Cauſa principalis cum non conſiſtit, nec ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent. *l. nihil.129.§.1.D.de diverſ.regul.iur.l.178. D.eod.*

Cauſis ex pluribus deberi nobis idem, non noſtrum eſſe poteſt. *l.non ut.159.D.de diverſ.reg.iur.*

Cauſa decisa velamento erroris non inſtauratur. *l.error.7.C.de iur.& facti ignor.*

Cauſam finitam inſtaurari poſſe, nulla ratio permittit. *l.poſtquam 4.C.de pact.*

Cauſas vel lites tranſactionibus legitimis finitas, imperiali reſcripto reſuſcitari non oportet. *l.cauſas.16.C.de tranſact.*

Cauſæ continentia dividi non debet. *l.nulli 10.C.de iudiciis.*

Cauſæ multæ & innumerabiles rebus incidunt mortalium, per quas homines jugiter retinere, quod habent, non poſſunt. *l. corruptionem.16.§.1.C.de uſufruct.& habitatio.*

Cauſæ duæ lucrativæ concurrere non poſſunt. *§.ſi res.6.Inſt.de legat.*

Cauſis pro corporalibus ſi cogitamus: quanto magis pro animarum ſalute providentia eſt adhibenda? *Novel.115. ut cum de appellat.cognoſ.c.aliud.13.§.ſi quis.14.*

Cauſa propria eſt, cujus emolumentum vel damnum

damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. c. 2. q. 6. c. *biduum*.

Cautioni non eſt locus, per quam jus libertatis infringitur. *l. Titio centum. 71. §. Titio. 2. de condit. & demonſtrat.*

Cautio privatorum legibus refragari non debet. *l. quod bonis. 15. ad l. Falcid.*

Cautio propter incertum interponitur. *l. 11. §. 1. D. de collat. bonor.*

Cautionis plus eſt in re, quam in perſona. *l. plus. 25. D. de diverſ. reg. iur.*

Cautela abundans non nocet. *l. teſtamentum. 17. C. de teſtament. non ſolent. 94. de diverſ. reg. iur.*

Caute ſupplendum eſt, quod incaute fuerat prætermiſſum. *c. paſtoralis de ſacra unctio.*

Cenſus & monumenta publica teſtibus ſunt potiora. *l. 10. D. de probat.*

Cenſus omnis ad quid & quando perſolvi debeat, præſciatur. *c. licet. de cenſib.*

Certa ſunt omnia apud rerum naturam. *l ſed et ſi 28. § fin. D. de iudiciis.*

Certum eſt, quicquid à fide Chriſtianorum diſcrepat, legi Chriſtianæ eſſe contrarium. *l cœlicolarum. 12. C. de Iuda. & cœlico.*

Certis limitibus quæ diſtincta ſunt, nullo modo præſcribi poſſunt. *16 q. 3. cap. licet. §. hoc multipliciter.*

Digitized by Google

Ceſſat ignominia in conditionibus, quamvis ex famoſis cauſis pendeant. *l. ceſſat. 36. D. de obligat & actionib.*

Ceſſante cauſa ceſſat effectus. *c. etſi Chriſtus. de iureiur. c. cum ceſſante. de appellat.*

Cibus ubi cepit, ibi finis factus eſt mundo. *c. ſexto in prin. diſtin. 35.*

Cicatricum aut deformitatis nulla fit æſtimatio *l. 7. D. de his qui deiecer. vel effuder.*

Circuitus ſunt vitandi. *l. dominus 53. D. de condict. indebi. Clem. auditor. de reſcript.*

Civitas illa juſtiſſime ordinata traditur, in qua quiſque proprios neſcit affectus, *c. 1. diſtinct. 8.*

Clavibus traditis poſſeſſio quæritur. *l. clavibus. 42. D. de contrahend. empt.*

Cœlum, quod ſupra ſolum eſt, liberum eſſe debet. *D. de ſervitutib. urba. prædior.*

Credendum facile non eſt, duabus neceſſariis rebus unum ſufficere. *l. fin. § 1. C. de adſeſſorib.*

Cognito uno contrariorum, cognoſcitur & reliquum. *l. 1. ibi, nam ſi. D. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. §. 1. Inſt. eod. l. qui accuſare. 8. D. de accuſat.*

Cogitatio verecunda ejus, qui lites execratur, non eſt vituperanda. *l. item ſi 4. § 1. de alienat. iudi. mutand. cauſ. fact.*

Cogna-

Cognatio ſervilis nulla eſſe videtur. *l.1.* §.2. *D. unde cognati.*

Commemoratio temporũ repetitionis poteſtatem habet. *l.2.* §.2. *D. quib. mod. uſusfr. amit.*

Communio diſcordias excitare ſolet. *l. cum pater 77.* § *dulciſſimis.20.de legat.2.*

Commoda cujuſq; rei eum ſequuntur, quem ſequentur incommoda. *l. ſecundum.10.D. de diverſ. reg. iur. l.1.* §.*cumque.9.* C. *de rei uxor. actio. clem.1. de cenſib.*

Commodius eſt, ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui. §. *hoc autem.* 5. *Inſt. quib. mod. teſtam. infir.*

Computatio fit de momento in momentum. *l. denique.* §. *minorem.3* D. *de minorib. 25. an.*

Concordia pretio conciliari non debet. *l.3. in prin. D. de donat. inter vir. & uxor.*

Concordia maritalis lucro eſt præferenda. *l. reprehendenda.5.C. de inſtitut.*

Conceptionis tempus ſpectandum pleriſq; placuit. *l. emancipatum.7.* §. *1. in fin. D. de ſenatorib.*

Conceſſio ſimplex civili modo intelligi debet. *l. ſi cui. 9. in prin. D. de ſervitutib.*

Conditio in fraudem legis aſſcripta pro non ſcripta habetur. *l. Seius & Agerius. 27. in fi. D. ad l. Falcid.*

Conditio tota aut extare aut deficere debet. *l. qui quadringenta. 88. §. 1. D. ad l. Falcid.*

Conditionem cujus intereſt non impleri, ſi per eum fiat, quo minus impleatur, pro impleta habenda eſt. *l. in iure 161. D. de diverſ. reg. iur.*

Conditio ſcindi ex accidenti non debet. *l. cui fundus 56. in fi. D. de conditio. & demonſtrat.*

Conductio nulla eſt in uno nummo. *l. ſi quis. 10. in fi. D. de adquir. vel amit. heredi.*

Confeſſiones falſæ naturalibus cōvenire debent. *l. confeſſionibus. 13. D. de interrogat.*

Confeſſio omnis rei periculoſa eſt, & admitti adverſus quemlibet non debet. 15. *q. 3. c. final.*

Conjecturæ nullus eſt locus in eo, quod tempore atque facto finitum eſt. *l. continuus 137. § 2. in* [illegible] *de verb obligat.*

Connexorum idem eſt judicium. *l. eum actu. 17 D. de negot. geſt.*

Conſenſus privatorum non dat juriſdictionem. *l. privatorum. 3. C. de iuriſdict omni. iudi.*

Conſenſus liber dici non poteſt, qui in alieno arbitrio reſervatur. *c ſuper eo. de conditionib. appoſi.*

Conſilii illius magis teneatur ſententia, cujus an-

jus antiquior & potior exiſtit autoritas. *c. domino ſancto. diſtinct. 50.*

Conſuetudo inveterata pro lege cuſtoditur. *l. de quibus. 32. D. de legib.*

Conſuetudo diuturna pro lege habetur. *l. diuturna. 33. D. de legib.*

Conſuetudine longa quæ comprobata ſunt, ac per annos plurimos obſervata, veluti tacita civium conventione, non minus quam ea, quæ ſcripta ſunt jura, ſervantur. *l. ſed & ea quæ. 35. D. de legib.*

Conſuetudo eſt optima legum interpres. *l. 37. D. de legib.*

Conſuetudo regionis inſpici debet. *l. ſi fundus. 6. D. de evictionib l. 1. in fi. D. de inſpiciend. vent.*

Conſuetudo eſt altera natura. *l. ſi quis poſtumos 9. in princ. D. de liber. & poſtum. hered. inſtituend.*

Conſuetudo mala non minus, quam pernicioſa corruptela vitanda eſt. *cap. mala. diſtinct. 8.*

Conſuetudini ſi veritas ſuffragatur, nihil oportet firmius retinere. *c. fruſtra. diſtinct. 8.*

Conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt. *c. conſuetudo. diſtinct. 8.*

Conſuetudo prava, corruptela eſt dicenda. *c. inter dilectos. de exceſſib. prælator.*

Digitized by Google

Contra rationem quod receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias. *l. 14. D. de legib.*

Contributione omnium ſarciatur, quod pro omnibus datū eſt. *l. 1. D. ad l. Rhod. de iact.*

Contextu uno fit, cum nullus actus alienus intermiſcetur. *l heredes. 21. §. uno. 3. D. qui teſtament. facer. poſ.*

Corpus liberum æſtimationem non recipit. *l. ex hac lege 3. D. ſi quadrup. pauper. feciſ. dica. l. 7. in fi. D. de his qui deiecer. vel effuder.*

Corpus ſine veſtitu & habitatione ali non poteſt. *l. legatis. 6. D. de aliment. & cibar. legat.*

Cor regis in manu Dei eſt, & ubi voluerit inclinabit illud. *l. inter claras. 8. C. de ſumma Trinita.*

Correctio morum in quibus inducitur, fiſci ratio haberi non debet. *l. 2. C. de ſecund. nupt.*

Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. *11 q. 3. c. nolite.*

Cultus verus Chriſtianorum eſt, adjuvare pauperes, & in neceſſitate poſitos. *l. 1. C. de epiſco. audi.*

Cum de conſuetudine conſideratur; id primum explorandum eſt, an contradictorio judicio firmata ſit. *l. 34. D. de legib.*

Cum

Cum aliquid conceditur, omnia, ſine quibus explicari non poſſet, videntur conceſſa, *l.* 2. *D. de iuriſdict.*

Cum ſua conditione quiſque fundus publicatur. *l. via.* 23. *§.* 2. *D. de ſervitutib. ruſticor. prædior.*

Cum corporibus non oportet ornamenta condi. *l. & ſi quis,* 14. *§. non.* 5. *D. de religioſ. & ſumptib. funer.*

Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo. *c. cum quid. de reg. iur. in* 6.

Cum non ſtat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet, perinde ac ſi impleta fuiſſet. *c. cum non ſtat de reg. iur. in* 6.

Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. *c. cum quid. de reg. iur. in* 6.

Cupiditas omnium malorum radix eſt. *c. bonorum. diſtin,* 47.

D.

DAmnum nullum datum videtur æque perituris ædibus. *l. ſi alius.* 7. *§.* 4. *D. quod vi aut clam.*

Damna morū à damnis rerum temporalium multum diſtant, 6. *q.* 1. *c. ſunt plurimi, in fi.*

Dato

Dato uno abſurdo vel inconvenienti, facile deinde alia inde ſequuntur. *l. ratas. 7. C. de reſcindend. vendit.*

De cohærentibus idem eſt judicium. *l. quæ religioſis. 43. D. de rei vendicat.*

Decet & expedit, ut conſcientiæ puritati non deſit judiciū rationis, ne unde ſpiritualis profectus quæritur, ſalutis diſpendiū ſubſequatur. *c. non ſolum. de regularib. in 6.*

Decet conceſſum à principe beneficium eſſe manſurum. *c. decet. de reg. iur. in 6.*

Decima ad monetam currentem communiter levari poterit, & debebit. *Clem. fin. de decim.*

Definitio omnis in jure periculoſa eſt, parum eſt enim, ut non ſubverti poſſet. *l. omnis. 202. D. de diverſ. reg. iur.*

Defenſionem ſuſcipere alienam virile eſt officium, & ultra ſexum muliebrem eſſe cōſtat. *l. alienam, 18. C de procuratorib.*

Delegatio pro juſta præſtatione eſt. *l. quod debetur. 51. D. de pecul.*

Demonſtratio plerunque vice nominis fungitur. *l. nominatim, 34. D. de conditionib. & demonſtrat.*

Denominatio fit à digniori & potentiori. *l. cum igitur. 2. & l. quæritur. 10. D. de ſtat. homi.*

Deper-

Deperditum eſt, quod in rerum natura eſſe deſiit. *l. dependitum. 21. D. de petit. heredita.*

Deteſtanda iniquorum perverſitas abſtinere neſcit à vetitis, nec gaudere debito modo conceſſis. *c. deteſtanda. de conceſ. prabend. in 6.*

Dictum generale, generaliter intelligēdum. *l. 1 §. generaliter. 1. D. de legat præſtand.*

Dicta ſpecialiter valent: quæ generaliter dicta non valent. *l. ſed &. 4. §. 4. D. ſi quis cautionib.*

Dies incertus appellatur conditio. *l. talis. 30. §. 4 de legat. 1. l. dies. 75. de condit. & demonſtrat.*

Dies cœpta pro impleta habetur. *l. qua atate. 5. D. de teſtament.*

Diem incertum mors habet. *l. 1. §. dies. 2. D. de condit. & demonſtrat.*

Dies interpellat pro homine. *l. magnam. 12. C. de contrahend. & commit. ſtipulat. c. fin. de locat.*

Difficilis probatio eſt intereſſe. *l. fin. D. de prator. ſtipulat.*

Dignitas major eſt in ſexu virili. *l. 1. D. de ſenatorib.*

Dignitas quæſita liberis, propter caſum patris remoti à ſenatu, auferenda nō eſt. *l. filiã. 9. D. de ſenatorib. l 34. in fi. D. de rit. nup.*

Digni-

Dignitas domicilii adjectionem potius dediſſe, quam permutaſſe videtur. *l. ſenatores. 11. D. de ſenatorib.*

Dignitas ejus, qui nihil admiſit, nõ eſt impedienda. *l. ſpurii. 6. in prin. D. de decurionib.*

Dignitas filii, gloria eſt & laus patris. *Novel. 81. conſtitutio quæ dignitatib. cap. 1. §. generaliter. 1.*

Dignum majus trahit ad ſe minus dignum. *c. ſi is de prabend. in 6.*

Dignitatis alterius adjectu aliquid perire nõ patimur, ſed pro ſuperioris fortunæ judicio vetera labore quæſita ſerventur. *l. jubemus. 4. C. de proxi. ſacror. ſcrinior.*

Diligentia miſera eſt. *l. 88. in fi. de legat. 2.*

Diligentiæ conjuncta ſit bona fides. *l. Labeo. 21. D. de ſtatulib.*

Diſſimulatione, ſua vel aliena tueri licet. *l. 1. §. 2. D. de dol. mal.*

Diſcendi cupiditas ſola vivendi ratio optima eſt. *l. apud 20. D. de fideicom. libertatib.*

Diſciplina caſtrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quam caritas liberorum. *l. poſtliminium. 19. §. filius. 7. D. de captiv. & poſtlimi. reverſ.*

Diſciplina vel miſericordia multum deſtituitur; ſi una ſine altera teneatur. *c. diſciplina. diſtin. 45.*

Diſcre-

Diſcretio mater eſt omnium virtutum. *Can. 1. q. 5. c. fin. c. 1. de offic. cuſtod.*

Diſſenſiones & ſcandala pravis actibus aditum præparant. *Clem. dudum. §. ſcimus. de ſepultur.*

Divini vel publici juris quod eſt, in nullius bonis eſt. *l. 1. D. de rer. diviſ.*

Dividi quæ commode non poſſunt, debent manere indiviſa. *L. ſi familia. 55. D. famil. erciſc. §. 5. verſ. quod ſi commode. Inſt. de offi. iudi.*

Divinatio nunquam in bonam accipitur partem. *1. q. 1. c. nunquam.*

Diverſitas temporum, teſtium teſtimonium non admittit. *3. q. 9. c. ſi debitum.*

Diverſitatem corporum, diverſitas ſequitur animorum. *c. quia. de conceſ. prabend.*

Domus propria tutiſſimum refugium eſt. *L. pleriſq; 18. D. de in ius vocand.*

Domus nulla tuta eſt, niſi à domeſticis quis tutus ſit. *l. 1 in prin. D. de SCto Syllania.*

Domus vinis inſtructa intelligi non poteſt. *L. ſi ita. 15. § 1. de inſtruct. & inſtrument. lega.*

Domum ſuam reficere unicuique licet. *l. domum. 61. D. de div. reg. iur.*

Dominia rerum traditionibus & uſucapionibus, nō nudis pactis transferuntur. *l. traditionibus. 20. C. de pact.*

Dona

Dona Dei ſunt maxima à ſuperna collata clementia, ſacerdotium & imperium. *Novel. 6. in præfat.*

Dubia in re melius eſt verbis edicti ſervire. *l. 1. §. licet. 20. D. de exercit. actio.*

Dubia in re benigniorem interpretationem ſequi, non minus juſtius eſt quam tutius. *l. proxime. 3. D. de his quæ in teſtament. delen.*

Duæ negationes faciunt unã affirmativam. *l. duobus. 237. de verb. ſig.*

Dulcior eſt religioſa caſtigatio, quam blanda remiſſio. *5. q. 5. c. non oſculatur.*

Duorum inſolidum dominium vel poſſeſſio eſſe non poteſt. *l. ſi, ut 5 §. ſi, duobus. 15. D. commoda. c. licet. de probat.*

Durum eſt & crudelitati proximum, ex tuis prædiis aquæ agmen ortum, ſitientibus agris tuis, ad aliorum uſum, vicinorum injuria propagari. *l. præſes. 6. C. de ſervitutib. & aqua.*

Durum eſt & inhumanum, publicatione pompaque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & invidiæ exponere divitias. *l. meminimus. 2. verſ. quid enim. C. quando & quib. quart. pars.*

* * *

Eccleſiis

E.

ECcleſiis in ſanctiſſimis optima menſura eſt donatarum eis rerum immenſitas. *Novel.7.de non alienand. & permutand.reb Eccleſiaſti.cap.2.§.ſinimus.1.*

Eccleſiaſticis utilitatibus deſudantes, eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere, ut qui ſe voluntariis obſequiorum neceſſitatibus ſponte ſubiiciunt, digne noſtris proviſionibus conſolentur. *12.q.2. c.Eccleſiaſticis.*

Eccleſia Apoſtolica mater eſt omnium eccleſiarum, *c.non decet.diſt.12.*

Editiones ſine die & conſule fiunt. *l.1.§.2.D. de edend.*

Effectus cujus omnibus prodeſt, ejus & partes ad omnes pertinent. *l.cuius.148 D.de div.reg.iur.*

Eleemoſyna cordis multo major eſt, quam eleemoſyna corporis. *1.dua.diſtinct.45.*

Epiſcopatum qui deſiderat, bonum opus deſiderat. *8.q.1.c.qui epiſcopatum.*

Error nominis non nocet. *l.ſi in iudiciis 80.D. de iudiciis l ſi in 4 C.de teſtamen.* ſi de corpore conſtat. *l.ſi quis in fundi 4.de legat.1.*

Error in ſyllaba non nocet. *l.qui habebat.54. D.manumiſ.teſtamen.*

Error

Error juris omnibus in damnis amittendæ rei ſuæ non nocet. *l. error. 8. D. de iur. & fa. ignor.*

Error jus facit. *l. 3. in fin. D. de ſuppellecti. lega.*

Error jus non mutat. *l. ornamentorum. 37. D. de aur argent. lega.*

Error falſæ cauſæ ratione bonæ fidei non defenditur. *l. 2. C. de uſucap. pro dona.*

Error falſæ cauſæ uſucapionem non parit. *§. error. 11 Inſt. de uſucapionib.*

Etſi nihil facile mutandum eſt ex ſolemnibus; tamen ubi æquitas evidens poſcit, ſubveniendum eſt. *l. etſi. 183. D. de div. reg. iur.*

Eventus non inſpicitur. *l. ſed an ultro. 10. in fi. D. de negot. geſt.*

Eventus damni reſtitutionem non indulget, ſed inconſulta facilitas. *l. verum. §. item non. 4. D. de minorib.*

Eventus dubius æſtimatur. *l. 23. D. famil. erciſ.*

Eventus poſterior non infirmat datam libertatem. *l. quamvis. 2. C. de fideicommiſ. libertatib.*

Ex differentia locorum aliquod induci diſcrimen non debet. *l. ſupervacaneam. C. de temporib. in integ. reſtitut.*

Excu-

Digitized by Google

Excuſatio omnis ſua æquitate nititur. *l.* 1. *D. de vacat. & excuſat. muner.*

Ex ſeparatis non infertur. *l. Papinianus.* 20. *D. de minorib.*

Exercitatis negotiis pleniore ſubveniatur veritatis lumine. *l. per hanc.* 4. *C. de tempor & reparat. appellat.*

Ex errore calculi dierum ſæpe cauſas eſſe periclitatas cognitum eſt. *l. cum.* 4. §. 1. *C. de tempor. & reparat. appellat.*

Exiſtimatio nulla habetur voluptatis vel affectionis. *l. cum deſervi.* 6. §. 2. *D. de oper. ſervo.*

Exitus acta probat. *l. iure noſtro* 26. §. 2. *D. de teſtamenta. tute.*

Exitus ſpectari debet. *l. non.* 3. §. 2. *D. de iur. fiſ.*

Exiſtimationis cauſa eſt præponenda. *l. ſi in duabus.* 104. *D. de div. reg. iur.*

Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent. *l. nonnunquam.* 52. *in fi. D. de condit. & demonſtrat. l.* 195. *de reg. iur.*

Expreſſum facit ceſſare tacitum. *l. cum ex filio* 39. §. 1. *D. de vulg. & pup. ſubſtit.*

Experientia eſt rerum magiſtra efficax. *cap. quam ſit. de elect. in* 6.

Ex tranſverſo nullus eſt primus gradus. *l.* 1. §. 1. *de gradib.*

Facien

CAPVT SECVNDVM
F.

FAcies hominis ad ſimilitudinem pulcritudinis cœleſtis eſt figurata. *l. ſi quis. 17. C. de pœn.*

Facto alieno non fiat alterius cauſa deterior. *l. 1. in prin. D. de alien. iudi mutand cau ſa.*

Facta d judicare & æſtimare virilis animi eſt. *l. 4. § 4. D. qui petant tutores.*

Facta, quæ lædũt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & contra bonos mores fiunt: nec facere non poſſe credendum eſt. *l. filius. 15. D. de condicio. inſtitut.*

Facultas neceſſariæ electionis non propriæ liberalitatis beneficium eſt. *l. unum. 67. §. 1. de legat. 2.*

Facti quæ ſunt, ad alium non tranſeunt. *l qui heredi 44. D. de condicio. & demonſtrat.*

Factum non inſpicitur ſed cauſa faciendi. *l. verum 39. D. de furt.*

Facti cauſæ, infectæ nulla conſtitutione fieri poſſunt. *l. in bello. 12. §. 2. de captiv. & poſt li. reverſ. novel. 97. de æqualita. dot. c. 1.*

Factum quod eſt, cum in obſcuro ſit, ex affectione cujuſque capit interpretationem. *l. rapienda 168. §. 1. D. de div. reg. iur.*

Facta in continenti, pœnitentiæ conteſtatio conſenſu finita non reſcindit. *l. non idcireo 12. in fi. C. de contrahend. empt.*

Factum

Digitized by Google

Factum quod rite eſt, ex poſt facto vitiari nō poteſt. *l cum proponas.3.C.de interdict.matrimo.l.ſancimus 25.C.de adminiſt.tutor.*

Factum legitime retractari non debet, licet caſus poſtea eveniat, à quo non potuit inchoare. *c. factum.de reg. iur. in 6.l 6.C.de contrah.empt.*

Falſi tituli figmentum dominium duplicare vel auferre non poteſt. *l.ſi ancillam.7.C.de contrahend.empt.& vendi.*

Falſa cauſa non nocet.§ *longe.31.Inſt. de legat.*

Falſus rumor non debet obeſſe. *l.fin.D. de hered.inſtit.*

Famæ cujus, multo magis vitæ parcendum eſt. *l ſi adulterium.38.§. 9. in fi.D. ad l. Iul. de adulte.*

Familia urbana & ruſtica non loco ſed genere diſtinguitur. *l.urbana.166. D.de verb. ſig.*

Familiæ appellatione, & ipſe princeps familiæ continetur *l.familia.196.D.de verb.ſig.*

Fames, penuria, & rerum omnium egeſtas, ex ira Dei deſcendūt. *16.q.1.c. revertimini.*

Faſces repetiti, virtutes ſæpe meriti comprobant, non augent, quia nihil eſt altius dignitate. *l 1. C.de conſulib.*

Fato non ſufficit conditiones impleri. *l.2.D. do condit.& demonſtrat.*

Fatua

Fatua eſt quæſtio, quæ non habet rationem dubitandi. *l. Domitius 27. D. de his qui teſtament. facer. poſ.*

Favores convenit ampliari, odia vero reſtringi. *c. odia. de reg. iur. in 6.*

Feſtinatio præceps veniam non meretur. *l. edicto 13. §. cum. 7. D. de iur. fiſci.*

Feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini adquirendum eſt. *lib 1. de feud. tit. 27. de feud. dat. in vicem l. commiſ.*

Fidei humanæ nihil ita congruit, quam ea quæ placuerant, cuſtodiri. *l. non minorem. 20. C. de tranſactionib.*

Fidei interpoſitio juramento æquiparatur. *c. ad aures. de his quæ vi metusve cauſa.*

Fœda rerum & nominum confuſio evitetur. *l fin. C. de legit. tutel.*

Fortuna in dubiis rei judex eſt, & ſors inter altercantes eſt adhibenda. *l. 3. in princ. Cod. commun. de lega.*

Fortuna imperialis, ut omnes ſupereminet alias, ita oportet & principales liberalitates culmen habere præcipuum. *l. cum multa 7. C. de bon. quæ liber.*

Forma mutata prope interimit ſubſtantiam rei. *l. Iulianus, 9. § 2. D. ad exhibend.*

Fortuna

Fortuna adverſa hominis non eſt ſperanda. *l. inter.83.§ ſacram.5.de verb.obligat.*

Fragilitas humana mortis præcipue cogitatione perturbata, minus memoria poteſt res plures conſequi. *l.hac conſultiſſima.8.§. at cum.C.qui teſtam.fac.poſſ.*

Fratrum concordia remoto captandæ mortis alterius voto improbabili retinetur. *l. de fideicommiſſo.11.C.de tranſ.*

Fructus deductis impenſis intelliguntur. *l.ſi à domino.§.5. D. de petit.heredi.l fructus.7. D.ſolut.matri.*

Fructus non debent lucro poſſeſſoris cedere, cum victus ſit. *l. & ex diverſa 35.§.ubi.1. D.de rei vendi.*

Fructus pendentes fundi pars eſſe videntur. *l.fructus.44 D.de rei vendi.*

Fructus percepti ſunt, ſi terram continere deſierint. *l.ſi eius.78.D de rei vend.*

Fructus omnis non jure ſeminis, ſed jure ſoli percipitur. *l.25.in prin.D.de uſur.*

Fructus omnes rerum natura hominũ gratia comparavit, *l.in pecudum.28. in fi.D. de uſur.§.in pecudum.37.Inſt.de rer. diviſ.*

Fructus rei eſt, vel pignori dari licere. *l fin.D. de uſur l fructus.72.de div.reg.iur.*

Fructus portionis inſtar obtinet. *l.cum filius. 76.§ dominus.2.in fi.de legat.2.*

Fructus

Fructus per greges ex ſaltu percipiuntur. *l. de grege.9.in fi.D.de inſtruct.& inſtrum lega.*

Fructus ex eo non debet quis conſequi, quod niſus extitit impugnare. *c.ex eo.de reg.iur. in 6.*

Fruſtratio nõ ſit impunita. *l.3.in fi.D.de uſur.*

Fruſtra ficti pretii poſtulatur numeratio. *l. cum ea.21.C.de tranſact.*

Fruſtra fit per plura, quod poteſt paucioribus effici *l.1.D.quod met.cauſ.*

Fruſtra precibus impetratur, quod jure communi conceditur. *l.1.C.de iur.liberor.*

Fundo magis, quam perſonis fines adjudicantur. *l ſed & loci.4.§.ſi alter.5.D.fini.reg.*

Fundus cum ſua cauſa tranſit. *l.ſi convenerit. 18.§.ſi fundus.2.D.de pignerat.act.*

Funus filii æs alienum patris eſt. *l.filiusfamilias.19.D.de in rem verſ.*

Fundi & eorum nomina fiunt noſtra deſtinatione *l.quod in rerum 24.§.3. de legat.1.*

Fundi pars fundus recte appellatur. *l. plane. 34.in fi.de legat.1.*

Fundos confines ſæpe etiam ſupra juſtam æſtimationem intereſt noſtra adquirere. *l.ſi cui 54.de legat.2.*

Fundus fundi inſtrumentum eſſe non poteſt. *l.quaſitum.12.§.ea vero.11.de inſtruct. & inſtrum.lega.*

Funi-

Digitized by Google

Funiculus triplex difficile rumpitur. *cap.1.de treug.& pace.*

Fundamentum ubi non eſt, ſuperædificari non poteſt *c.veniens.de presbyt.non baptiſ.*

Furore amoris nihil eſt vehementius: quem retinere philoſophiæ eſt perfectæ. *Novel. 74.quib.mod.nat.fil. effician.legi.cap.illud. 4.in princ.*

G.

GEneri per ſpeciem derogatur. *l.in toto. 80.D.de div.reg.iur.c.generi.eod.in 6.l.ſanctio legum.41.D.de pœn.*

Geſtum quod fruſtra eſt, revocari oportet. *l. 2.C.ſi prop.publi.penſit.vend fuer.celebra.*

Gloria aut ſeveritatis aut clemētiæ affectanda non eſt. *l.perſpiciendum.11.in prin.D.de pœn.*

Gradatim de minoribus ad majores honores perveniendum eſt. *l.ut gradatim.11.D.de muneri b.& honorib.*

Gradus affinitatis nulli ſunt. *l.non facile.4.§. 5.D.de gradib.*

Gratia ſi non gratis datur vel accipitur, gratia non eſt. *1.q 1.c.gratia.*

Gubernaculum diſciplinæ ubi contemnitur, reſtat, ut religio naufragetur. *Clem.2.in prin.de ſtat.monach.*

G Hone-

H.

HOneſtum utili præferendum eſt. *l. miles.* 11. *§. ſocer.* 3. *D. ad l. Iul. de adult.*
Honor vitæ antefertur. *l. iſti quidem.* 8. *§. pen. D. quod metus cauſa.*
Honor inflat ſuperbiam. *c. licet. diſt.* 45.
Honoris cum augmento cura quoq; ſollicitudinis debet excreſcere. *c. rationis. diſt.* 100.
Hora brevis longi temporis victum nõ conſumat. *c. cum Apoſtolus. de cenſib.*
Humilitas dum nimium ſervatur, regendi frangitur autoritas. *c. quando. diſt in.* 86.
Humilitas ibi non eſt, ubi regnat falſitas. 22. *q.* 2. *c. cum.*

I.

IDem judicium eſt de toto & de parte. *l. quæ de tota.* 76. *D. de rei vendicat.*
Ignorantia regulariter præſumitur. *l. verius.* 21. *D. de probat. c. præſumitur. de reg. iur. in* 6.
Ignorantia, quæ per ætatem contingit, non debet eſſe captioſa. *l. quod autem.* 6. *§ ſi quid.* 10. *D. quæ in fraud creditor.*
Ignorantia mater eſt cunctorum errorum. *c. ignorantia. diſt in.* 38.
Ignorantia facti, non juris, excuſat. *c. ignorantia. de reg. iur. in* 6.

Illa

Illa eſt cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor ſibi nihil vendicat. *11. q. 3. cap. illa præpoſitorum.*

Immunitates elicitæ nullius ſunt momenti. *l. 1. C. de operib. publi.*

Imperitia juriſdictionis formam mutare non poteſt. *l. ſi filia. 20. in princ. D. famil. erciſ.*

Impenſæ improbe factæ reſtitui non debẽt. *l ſi is. 5. D. de ædific. privat.*

Impenſæ utiles ſunt, quæ rem meliorem faciunt, deteriorem eſſe non ſinunt. *l impenſa. 79. de verb. ſignif.*

Imperitia culpæ adnumeratur. *l. 9. §. 5. D. loca. l. 132. D. de div. reg. iur.*

Impenſæ voluptuariæ ſpecies exornant. *l. voluptuaria 7. D. de impenſ. in rem dotal. fa.*

Impoſſibilia dari, vel quæ in rerum natura non ſunt, pro non adjectis habentur. *l. ea qua. 135. D. de div. reg. iur.*

Improbe quod factum eſt, in priorem ſtatum revolvatur. *l. non intereſt. 5. C. de his quæ vi metuve cau.*

Imperii proprium eſt legibus vivere. *l. 3. C. de teſtament.*

Imperio magna ab univerſis ſecreta debentur. *l. quicunq. 17. de operib. publi.*

Imperio ſoli aurum contemnere præſtat fortunæ faſtigium. *Novel.105. de conſulib.c.ſi autem.2.*

Imperio majus eſt, ſubmittere legibus principatum *l. digna vox.4.C.de legib.*

Impedimentum non præſtat, quod de jure non ſortitur effectum. *c.non praſtat. de reg. iur.in 6.*

Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius. *can. nec ſolo affectu.32.q.5.*

In ambiguis utilius accipiendum eſt. *l. ſi quis intentione.66.D.de iudiciis.*

Inane eſt, quod eſt ſine effectu. *l. quod vulgo. 19.D.de bonor.poſſeſ.cont.tab.*

In alieni facti ignorantia tolerabilis error eſt. *l.uſucapio.5.in fi.D.pro ſuo.*

In alternativis, ſufficit alteram partem adimpleri. *l.ſi heredi.5.D.de condicionib.inſtit.*

In apibus princeps unus eſt: Grues unam ſequuntur. *7.q.1.c.in apibus.*

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquādo ſunt conceſſa. *c.in argumentum.de reg.iur.in 6.*

Incerta & inopinata plerunque turbant, & actus impediunt. *l.obſervare.4.§.4.D. de offic.proconſ.*

In continenti quod fit, ineſſe videtur. *l.iuris-*

gentium.

gentium 7.§.5.D.de pact.l.lecta.40.verſ. dicebam D.de reb.credi.

Inconſtantia reprobatur.*l.in cauſa.27.D.de procuratorib.*

Incluſio unius eſt alterius excluſio. *l.cum prætor.12.in prin.D.de iudici.*

Incredibilia & varia fabulis annumerentur. *l.antiqui.3.D ſi pars heredita.peta.*

Incertum quod eſt, nihil valet. *l.in tradendis.7.D.communia prædior.*

Incredibile eſt, de actu non effectu cogitatũ eſſe. *l.ſi venditor.6.D.de ſerv.exportand.*

Incaute factum pro non facto eſt. *l.1.§.1.D.de his quæ in teſtam.delen.*

Incredibile non videtur, ut eadem portio bis eidem debeatur. *l.Mœvius.66.in prin.de legat.2.*

In continenti cum aliquo ſpatio accipitur. *l.1.§.item ſi.8.D.ad l Falcid.*

Incompoſitio corporis inæqualitatem indicat mentis.*c.clericus.diſtin.41.*

Indictiones non perſonis ſed rebus indici ſolent.*l.indictiones.3.C.de annon.& tribut.*

Indecorum eſt in corpore humano, ut alterum membrum alterius fungatur officio. *c.ſingula.diſtinct.89.*

Inducta ad augendum nõ operãtur diminutionẽ.*l ſi mancipia.19.de inſtruct.& inſtru. legat.*

Inæqualiter quod factum eſſe conſtiterit, in melius reformabitur. *l. maioribus. 3. C. cõmunia utriusq; iudicii.*

Inferior ſedes potiorem abſolvere non poteſt. *c. inferior. diſtinct. 21.*

Infirmitas corporis fortitudinem cordis augmentat. *c. niſi. verſ. alia vero cauſa. de renunciat.*

Infinitas reprobatur. *c. 2. de reſcript. in 6.*

Iniquum eſt auferre, quod uſus non abſtulit. *l. nec utilem. 20. D. ex quib. cauſ. maior.*

Injuſta vincula diſrumpit juſtitia. *11. quæſt. 3. c. cepiſti.*

In juramento jus ſuperioris ſemper intelligitur exceptum. *c. venientes. de iureiurand.*

Innocentia juramento probari poteſt *l. furti. 6. §. ſed & 4. D. de his qui notant. infa.*

In re communi potior eſt conditio prohibentis. *c. de re. de reg. iur. in 6.*

Inſpectio materiam falſo fabricando inſtruere poteſt. *l. 2. §. diem. 6. D. teſtament. quemad. aperian.*

Inſtrumentum cujuſque rei alterius generis eſſe debet. *l. fin. D. de inſtruct. & inſtrum. lega.*

Interpretatio honeſta inhoneſto quæſtui lucrum non facit poſſeſſori. *l. ſi poſſeſſor. 52. D. de hereditat. petit.*

Inter-

Intervalla dierum non ad temporis cauſam, ſed ad modum pertinent ſervitutis. *l.4.in fi.D.de ſervitutib.*

Intereſt publice, ne cadavera jaceant inſepulta *l. ſunt perſona. 43.D. de religioſ. & ſumptib. funer.*

Intereſt multum inter inſolentiam incurioſam, & diligentiam non ambitioſam. *l. ſi bene.33.D. de uſur.*

Integritas mentis, non corporis ſanitas exigenda eſt.*l.in eo.2. D. qui teſtament. facer. poſſ.*

Intereſt multum inter falſam demonſtrationem, & falſam conditionem, ſive cauſam. *l.ſi ſic.75. §.1 de legat.1.*

Intereſt multum, cujus cauſa tempus dilatum ſit. *l.ſi ita.43.§ 2.de legat.2.*

Intereſt multum inter inſtrumentum & ornamentum. *l quaſitum.12.§.ſi domus.16. D.de inſtruct. & inſtrum.lega.*

Intereſt reipublicæ, quam plurimos ad defendēdam ſuam cauſam admittere. *l.nam 4.D.de oper.novi nunciat.*

Intelligi quæ non poſſunt, perinde habentur, ac ſi non eſſent. *l. quo.73.§.3. D. de diverſ.reg.iur.*

Iracūdiæ calore quicq̱d vel fit, vel dicitur, nō prius ratū eſt, quam ſi perſeverantia appa-

ruit, judicium animi fuiſſe. *l. quicquid. 48. D. de div. reg. iur.*

Ira viri juſtitiam Dei non operatur. *11. q. 3. c. epiſcopus.*

Juriſprudentia eſt divinarum atq; humanarum rerum notitia, juſti atq; injuſti ſcientia. *l. iuſtitia.* 10. §. 3. *D. de iuſtit. & iur.*

Jura conſtitui oportet in his, quæ ut plurimum accidunt, non quæ ex inopinato. *l. iura. 3. D. de legib.*

Jura non conſtituuntur ex his, quæ uno aliquo caſu accidere poſſunt. *l. 4. D. de legib.*

Jura non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur. *l. 8. D. de legib.*

Juris ratio nulla, aut æquitatis benignitas patitur; ut quæ ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur: ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeveritatem. *l. 25. D. de legib.*

Jure civili multa contra rationem diſputandi pro utilitate communi recepta ſunt. *l. ita vulneratus. 51. §. 2. D. ad l. Aquil.*

Juramentum maximum remedium eſt expediendarum litium. *l. 1. D. de iureiur.*

Juramentum ſpeciem tranſactionis cõtinet: majoremque habet autoritatem, quam res judicata. *l. 2. D. de iureiur.*

Juramen-

Juramentum patronum non facit, ſed ſententiæ ſtatur. *l. ſi iuravero.14. D. de iur. patrona.*

Jurámentum vicem rei judicatæ obtinet. *l. 1. in prin. D. quar. rer. actio non da.*

Jura ſanguinis nullo jure civili dirimi poſſunt. *l. iura.8. D. de diver. reg. iur.*

Jure novo repudiato ſupererit vetus. *l. quoties 91. D. de div. reg. iur.*

Juramentum hereditarium multum diſcrepat à principali ſacramento. *l. generaliter. 12. in prin. C. de reb. credit. & iureiur.*

Jura naturalia ſemper firma atque immutabilia permanent. *§. fin. Inſt. de iur. nat. gent. & civ.*

Juramentum hos habeat comites: veritatem, judicium, atque juſtitiam. *22. q. 2. c. animadvertendum. c. etſi Chriſtus. §. Iacobus. de iureiur.*

Juramentum vinculum iniquitatis eſſe non debet. *22. q. 4. c. inter cætera. cap. quanto. de iureiur.*

Juramentum licite ſervari potuit, quod contra canonica ſtatuta illicitis pactionibus informatur. *c. ſi diligenti. de for. competent.*

Juramentum omne ſervandum eſt, quod abſq; diſpendio ſalutis æternæ ſervari poteſt. *c. cum contingat. de iureiur.*

Juramenta non ſed potius perjuria ſunt dicenda, quæ contra utilitatem eccleſiaſticam attentantur. *c. ſicut. el. 1. de iureiur.*

Juramentum eũ non ligat, qui præſtitit, dum ille, cui præſtitum fuerit, ſervare negligit, quod promiſit. *c. ſicut. el. 2. de iureiur.*

Juramentum contra bonos mores præſtitum non eſt obligatorium. *c. non eſt. de reg. iur. in 6.*

Jus eſt ars boni & æqui: juſtitiam namq; colimus, & boni & æqui notitiã profitemur, æquum ab iniquo ſeparantes: licitum ab illicito diſcernentes, bonos non ſolum metu pœnarum: ſed & præmiorum exhortatione efficere cupientes, veram philoſophiam non ſimulatam affectantes. *l. 1. D. de iuſtit. & iur.*

Jus naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit. *l. 1. §. 3. D. de iuſtit. & iur.*

Juſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas: jus ſuum unicuiq; tribuens. *l. iuſtitia. 10. in prin. D. de iuſtit. & iur.*

Jus non poteſt cõſtare, niſi ſit aliquis juriſperitus, per quem poſſit quotidie in melius produci. *l. 2 §. poſt originem. 13. de orig. iur.*

Jus ad ea potius debet aptari, quæ & frequẽter & facile, quam quæ perraro eveniunt. *l. 5. D. de legib.*

Jus

Jus ſingulare eſt, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem introductum eſt. *l.16. D. de legib.*

Jus omne, aut conſenſus fecit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmavit conſuetudo. *l ergo. 40. D. de legib.*

Jus totum conſiſtit aut in acquirendo, aut in conſervando, aut in amittendo. *l. fin. D. de legib.*

Jus ſuum nemini detrahi debet. *l. 2. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.*

Jusjurandum loco litis conteſtationis ſuccedit. *l. ſed etſi §. ex quib. 2. D. de iudi.*

Jus finitum eſt, facti interpretatio plerunq; etjam prudentiſſimos fallit. *l. 2. D. de iur. & facti ignorant.*

Jus publicum nemo remittere poteſt. *l. ita autem 5. §. 7. D. de adminiſt. & pericul. tutor.*

Juſſus præcedere debet ſpecialis. *l. 25. §. 4. & 5. D. de adquir. vel amit. hereditа. l. ſervo. 65. in princ. D. ad SCtum Trebel.* ſed ratihabitio ſubſequi poterit.

Jus civile vigilantibus ſcriptum eſt. *l. Pupillus. 24. D. que in fraud. creditor.*

Jus ad naturale quod attinet, omnes homines æquales ſunt. *l. quod. 32. D. de diver. reg. iur.*

Jus

Jus publicum qui ſequitur, non capitur. *l. nihil. 116. §. 1. D. de diverſ. reg. iur.*

Juſta & probabilis ignorantia excuſat. *§. item. 10. Inſt. manda.*

Juſtitia vera compaſſionem habet, falſa vero dedignationem. *c. vera diſtinct. 45.*

Jus dictum eſt à jure poſſidendo, hoc enim jure poſſidetur, quod juſte: hoc juſte quod bene: quod autem male poſſidetur, alienum eſt; male autem poſſidet, qui vel ſuis male utitur, vel aliena præſumit. *c. ius. de verb. ſignif.*

L.

LAbor & pecunia diviſionem recipiunt. *l. Seio. 10. de annuis lega.*

Lapſus ſubitaneus nemini debet imputari. *l. etiam. 14. D. de adminiſt. & pericul. tutor.*

Largitas principalis non ex omni parte eſt excludenda. *l. prædia. 5. in med. C. de locat. prædior.*

Legis virtus hæc eſt, imperare, vetare, permittere, punire. *l. 7. D. de legib.*

Leges ſcire non eſt verba earum ſcire, ſed vim ac poteſtatem. *l. 17. D. de legib.*

Leges benignius interpretandæ ſunt, quo voluntas earum conſervetur. *l. 18. D. de legib.*

Legis

Legis in voce ambigua, ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ vitio caret. *l.19. D. de legib.* præſertim cum voluntas legis ex hoc colligi poſſit. *d. l.19.*

Leges antiquiores ad poſteriores trahi uſitatum eſt, & ſemper hoc quaſi legibus ineſſe credi oportet, ut ad eas quoque perſonas, & ad eas res perveniant, quæ quandoque ſimiles erunt. *l.27. D. de legib.*

Leges poſteriores ad priores pertinent, niſi contrariæ ſint: idque multis argumentis probatur. *l.28. D. de legib.*

Legem contra facit, qui hoc facit, quod lex prohibet, in fraudem vero legis qui ſalvis verbis legis ſententiam ejus circumvenit. *l.29. D. de legib.*

Legi fit fraus, ubi id fit, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit: & per hoc diſtat fraus ab eo, quod fit contra legem. *l. fraus. 30. D. de leg.*

Legibus quod omiſſum eſt, non omittetur religione judicantium. *l. quæſitum. 13. D. de teſtib.*

Legem rei ſuæ quilibet dicit. *l. ob res 20. §.1. D. de pact. dotalib.*

Legē nemo ſibi poteſt imponere. *l. quod autē. 7. §. 8. in fin. D. de donat. inter vir. & uxor.* à qua nō liceat recedere. *l. ſi quis. 22. de leg. 3.*

Legem

Legem utilẽ reipublicæ, ſobolis ſcilicet procreandæ cauſa latam, adjuvandam interpretatione æquum eſt. *l. hoc modo. 64. D. de condicio. & demonſtrat.*

Legis poteſtas inducitur per edictum legis. *l. 1. §. ad eos. 2. D. ad l. Falcid.*

Legi non facit fraudem, qui jus ſuum diminuit. *l. poteſt. 71. D. ad l Falcid.*

Leges omnibus hominibus æqualiter ſecuritatem tribuunt. *l. capitalium. 28. §. ad ſtatuas. 7. D. de pœn.*

Lege quæ fieri prohibentur, pro infectis habentur. *l. non dubium. 5. C. de legib.*

Leges dãt formã futuris negotiis. *l. 7. D. de leg.*

Leges legibus concordare promtum eſt. *l. uni. C. de inofficio. dotib.*

Leges non verbis ſed rebus imponuntur. *l. 2. in fi. C. communia de legat.*

Leges ludibrio non fiant. *l. fin. §. 6. C. de bon. qua liber.*

Legum auſteritatem volumus pactis litigantium mitigari. *l. cum. 5. in fi. C. de temporib. & reparationib. appellat.*

Leges generales debent ab omnibus obſervari. *l. leges. 3. D. de legib.*

Leges neminem in paupertate vivere, neque in anxietate mori permittunt. *Novel. 1. de hered. & falcid. in fi.*

Leges

Digitized by Google

Leges nõ dedignantur ſacros canones ſequi. *Novel.83.ut clerici apud proprios.in fi.*

Legum correctio eſt vitanda. *Novel.89.quib. mod.natural.efficia.ſui. cap. tribus.7.l. præcipimus.32 in fi.C.de appellat.*

Legum nihil eſt proprium ſicut claritas. *Novel.107.de teſtament.imperfect. cap.nos igitur.1.*

Legum Romanarum non eſt vilis autoritas: ſed non adeo vim ſuam extendunt, ut uſum vincant aut mores. Strenuus autem juriſperitus,ſicubi caſus emerſerit, qui cõſuetudine feudi non ſit comprehenſus, abſq; calumnia uti poterit lege ſcripta. *lib. 2.de feud.tit.1.de feud.cognit.*

Legibus quæ definita ſunt,mutare non licet: quæ autem legibus expreſſa non ſunt, arbitrium ſequuntur humanæ voluntatis. *13.q.2.c.unaquaq;.circa fi.*

Lex eſt bonis & malis prębēda,*l.2.D.de legib.*

Lex cum in præteritum quid indulget, in futurum vetat.*l.22.de legib.*

Lex regia negat mulierē,quæ pręgnans mortua ſit,humari, antequam partus ei excidatur.*l.negat.2.D.de mort.inferend.*

Lex quamvis dura, in ſuis terminis tenenda eſt.*l.proſpexit.13.§.1. D. qui & à quib.manumiſſ.*

Digitized by Google

Lex ubi inhibet uſucapionem, bona fides poſſidenti nihil prodeſt. *l. ubi 24. D. de uſurpat. & uſucap.*

Lex ubi duorum menſium facit mẽtionem, & qui ſexageſimo primo die venerit, audiendus eſt. *l. ubi lex. 101. D. de div. reg. iur.*

Lex nullis locorum vel temporum anguſtiis coarctãda eſt. *l. properandum 13. in princ. C. de iudiciis.*

Lex erubeſcit caſtigatores filios genitoribus ſtatuere. *Novel. 22. de nupt. ca. ſed quod. 24.*

Lex ubi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. *l. de pretio. 8. D. de publician. in rem. act.*

Lex ubi ipſo jure operatur, hominis miniſteriũ nõ requiritur. *l. ea quæ. 6. C. famil. erciſ.*

Lex ſemper loquitur. *l. Arriani. 5. C. de hæreticis.*

Lex ſuperioris per inferiorẽ tolli non poteſt. *Clem. ne Romani. de elect.*

Liberalitatem captioſam interpretatio prudentium fregit. *l. cum aquiliana. 5. D. de transact.*

Liberalitas mulieris incongruens eſt, & contra ſexus naturam. *l. ſi ſtipulata. 33. §. 1. D. de donat. inter vir. & uxor.*

Liberalitas ad obſequium inclinare debet. *l. 3. C. de revocand. donat.*

Libertas

Libertas eſt naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, niſi quid vi aut jure prohibetur. *l. libertas. 4. D. de ſta. homi.*

Libertas inæſtimabilis eſt res. *l. libertas. 106. D. de div. reg. iur. l. 176. eod.* & omnibus rebus favorabilior eſt. *l. 122. D. d. tit.*

Libertas data reſcindi non poteſt, ſolo obſequii non præſtito velamento. *l. ſolo. 30. C. de libera. cauſ.*

Libertas quorum pernicioſa eſt, ſit ſalutifera ſervitus. *12. q. 2. c. octava diſcuſſio.*

Libertas non poteſt nolenti acquiri. *l. hoc iure. 19. §. 2. D. de donat.*

Libertas pecunia non lui, nec reparari poteſt. *l. ſtatuliberum. 9. §. 2. in fi. D. de ſtatuliber.*

Licitum quod non eſt in lege, neceſſitas facit licitum. *c. 3. de reg. iur.*

Limine unico vel brevi ſuppellectile nemo privandus eſt. *l. illicitas. 6. §. 5. D. de offic praeſid.*

Loca publica uſibus privatorum deſerviunt. *l. 2. §. 2. D. ne quid in loc. publi.*

Locus quis tutus erit, ſi templa Dei pecuniis expugnētur? *l. ſi quemquam. 31. C. de epiſcop. & cleri.*

Locus & tempus non patitur plenius deliberandi ſpatium. *l. 1. in prin. D. de exercit. actio.*

Longi.

Digitized by Google

Longi temporis conſuetudo vicem ſervitutis obtinet. *l.1.C.de ſervitutib. & aq.*

Lucrum non eſt niſi damno deducto. *l.Mutius.30.D.pro ſocio.*

Lucrum qui participavit, participet & damnum. *l.ſi igitur 55 D.pro ſoci.*

Lucrum eſt pie agendo. *cap.2.in fi.novel.1. de hered.& falcid.*

Lucrum quod ex lege datum eſt, privatus offerre modis omnibus non valebit. *Novel. 22.de nupt.cap.ſi autem.33.*

M.

MAjus dignum non debet minus digno accedere. *l.44.in princ.D. de ædilit.edict.*

Măgnopere præcavenda ſunt, quæ recipi ſine manifeſta decoloratione non poſſunt. *1. q.7.c.etſi illa.*

Major calamitas in futuro metuitur: de tam ſiniſtro principio quis felix exitus ſperatur? *1.q.1.c.fertur.§ cum ergo.*

Majus ubi conceditur, minus conceſſum eſſe videtur. *c.ex parte.de decimis.*

Majoritas appareat dignitatum ex majoritate ac decore majori ornatuum. *c.ut Apoſtolica de privileg.in 6.*

Materia liquida rapit ſecum in acceſſionis

locum

locum id, ſine quo eſſe non poteſt. *l. nam quod. 4. D. de penu legat.*

Medium quod eſt, optimum viſum eſt eſſe. *Novel. 105 de conſulib. in præfat.*

Memoria hominis labilis eſt. *l. peregre. 44 D. de adquir. vel amit. poſſeſ.*

Membrorum diſſolutio gravior eſt utriuſque manus abſciſſione. *Novel. 134. ut nulli iudi. c. quia vero 13.*

Mens fruſtra vacãs, nihil bonorũ parit. *Nov. 133 quomodo oporteat Monach. c. illud. 6.*

Mens potentiæ avida, nec abſtinere novit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum. *c. vtrum. diſtin. 47.*

Mens dicentis prior atq; potentior eſt quam vox. *l. Labeo. 7. in fi. D de ſuppellecti. lega.*

Mens cum contempta deſideria ſequitur, ſervire rebus convincitur, quarum amore ſuperatur. *14 q. 1. in princip.*

Merces per ſingulas regiones diverſa habent pretia. *§. ſi quis agens. 33. Inſt. de actionib.*

Metum alienum in alterius præmium verti non oportet. *l. item ſi cum. 14. §. 5. in fin. D. quod met. cauſ.*

Militares expenſæ, & hoſtium incurſiones multa egent diligentia, & non poſſunt citra pecunias hæc agi. *Novel 8. ut iudi. ſine quoque ſuffrag. fia. cap. 10. illud. §. 2.*

Minime

Minime ſunt mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt. *l. 23. D. de legib.*

Minus ſemper ineſt in eo, quod plus eſt. *l. in eo. 110. D. de diverſ. reg. iur.*

Minimum in obſcuris eſt ſequendum. *c. in obſcuris. de reg. iur. in 6.*

Miſericordia plenitudo virtutum eſt. *c. ſingulis. diſtinct. 86.*

Modus probabilis in ſumptibus eſt ſervandus. *l. Hereditas. 50. §. 1. D. de heredita. petit.*

Modus adſcriptus pro conditione obſervatur. *l. 1. C. de his quæ ſub mod. lega.*

Mora poſt tempus modicum purgatur. *l. et ſi poſt tres. 8. D. ſi quis cautionib. l ſi in lege. 24. §. colonus. 4 D. locati.*

Mora alterius alteri prodeſt. *l. non ex omnibus. 39. in fi. D. de recept. qui arbitrium.*

Mora modici temporis non magnum parit periculum. *l. ſi debitori. 21. D. de iudiciis.*

Mora trahit ad ſe detrimentum. *l. quod te. 5. D. de reb. credi.*

Mora ultima nocet. ***l. illud. 17. D. de pericul. & commod. rei vendi.***

Mora nulla intelligitur ibi fieri, ubi nulla petitio eſt. ***l. ſi pupillus. 127. de verb. oblig. l. nulla 88. D. de div. reg. iur.***

Mores boni divitiis prævalent. ***l. ſcite. 21. §.***

cum.

cum reliquis.5.D de tutel.& curatorib.dat. ab his.

Mors omnia ſolvit. *Novel.22.de nupt.cap.deinceps.22.*

Mos retinendus eſt fideliſſimæ vetuſtatis. *l. teſtamenta.18.C.de teſtament.*

Multa ſimul juncta proſunt, quæ ſingula nō ſufficiunt. *l. ſpadonem.15.§.qui iura.11.D. de excuſat.*

Multa impediuntur à principio, quæ poſtea firma ſunt, & facta non tolluntur. *l. patre furioſo.8.D.de his qui ſunt ſui vel alie. iur.c. ad Apoſtolicam.de regularib.c.conſuluit.qui clerici vel vovent.matri.contrah.poſ.*

Multa propter inverecundam petentium inhiationem conceduntur, alias non tribuenda. *l.1.C.de petitionib.bonor.ſubla.*

Multitudo numeroſa nihil habet honeſti. *Novel.10.de referendar.palatii,in fi.*

Multa per patientiam tolerantur, quæ ſi deducta fuerint in judicium, exigente juſtitia non debent tolerari. *c.cum iam de prabend.& dignita.*

Multa pro utilitate cōmuni cōtra juris aſperitatē ex æquitatis manſuetudine tolerantur. *c.Abbate in fi.de ſentent.& re iudi.in 6.*

Multa cadunt inter os & offam. §. *illud quæſitum.13,Inſt.de rer.diviſ.*

Muros

Muros civitatis ſine principis vel præſidis auctoritate reficere non licet. *l. ſacra. 9. §. muros. 4. D. de rer. diviſ.*

Mus in pera: ignis in ſinu: ſerpens in gremio: male ſuos remunerant hoſpites. *15. q. 1. cap. eccleſias. § ad hac callida.*

N.

Natura multa novit novare. *de confirmat. digeſt. cap. 2. §. 18.*

Natura inter nos cognationem quandã conſtituit. *l. ut vim. 3. D. de iuſtit. & iur.*

Natura nõ permiſit, ſimul uno impetu duos infantes de utero matris exire. *l. Areſcuſa. 15. D. de ſtat homi.*

Natura cavillationis eſt, ut ab evidenter veris per breviſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ evidenter falſa ſunt, perducatur. *l. natura. 177. D. de verb ſig.*

Natura utrumque corpus edit, ut maneat ſuis vicibus immortale. *l. lege. 14. in princip. C. de legit. heredib.*

Natura novas deproperat edere formas. *lib. 2. feud. tit. 24. quæ fuit prima cauſ. beneſi. amit. §. item.* 2. lites quotidie inveni e conatur. *in proœmi ſexti decretal. §. 1.*

Navis mediocritate non genere à ſcapha differt. *l. fin. D. de inſtruct. vel inſtrum. lega.*

Digitized by Google

Neceſſitudo cõſanguinitatis nõ epiſtolis, ſed natalib. vel adoptionis ſolennitate cõjungitur. *l. non epiſtolis 13. C. de probat. l. 14. eod.*

Neceſſitas non habet legem, ſed ipſa ſibi facit legem. *1. q. 1. c. remiſſionem. verſ. ſed notandum.*

Neceſſitate ceſſante, debet ceſſare pariter quod urgebat. 1. *q. 1. c. quod pro neceſſitate.*

Negligentia aut cupiditas alterius diligenti non noceat. *l. ſi non. 6. §. 2. D. de reb. autorita. iudi. poſſidend.*

Negotiis in certis quæ ſtatuta ſunt, ſimilium quoque cauſarum facta component. *l. leges 3. C. de legib.*

Negotiorum merita partiũ adſertione panduntur. *l. 2. C. ſi per vim vel alio modo.*

Negotiis in diffiniendis non ſolum eſt neceſſaria ſcientia, ſed etiam poteſtas. *diſtinct. 20. in prin.*

Negotio nondum finito, nemini noceat error facti. *c. fin. de confeſ.*

Nihil refert, quid ex æquipollentibus fiat. *l. certum eſt. 6. D. de reb. credit. l. fideicommiſſa. 11. §. ſi cui. 11. de legat. 3.*

Nihil & inutile æquiparantur *l. 1. §. 2. D. quod cuiuſq; univerſita. l. quamvis. 8 §. ſi mulier. 1. D. ad SC. Velleia. l. 2 D. de autorita. tutor.*

Nihil eſt, ꝙ lumine clariore præfulgeat, quã

recta

recta fides in principe:& nihil eſt, quod ita nequeat occaſui ſubjacere, quam vera religio. *l. inter claras. 8. C. de ſumma Trinita.*

Nihil intereſt, novos lex faciat, an foveat quos invenit. *l. 3. in fi. C. de naturalib. liber.*

Nihil immenſum bonum eſt. *Novel. 3 ut determinatus, in præfat.*

Nihil tam naturale eſt, quā eo genere quidq; diſſolvere quo colligatum eſt. *l. nihil 35. D. de div. reg. iur.*

Nomina non ex opinionibus ſingulorum, ſed ex communi uſu exaudiri debent. *l. Labeo. 7. §. 2. D. de ſuppellect. lega.*

Nominis mutatio innocentibus periculoſa non eſt. *l unic. C. de mutat. nomi.*

Nominationum forma vacillare non debet. *l. nominationum. 46. C. de decurionib.*

Nomina debent eſſe conſonantia rebus § *eſt & aliud. 3. Inſt. de donat.*

Nomina ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt. § *ſiquidem. 29. Inſt. de legat.*

Non eſt novum, ut priores leges ad poſteriores trahantur. *l. 26. D. de legib.*

Non eſt novum, ut lex, ſpecialiter quibuſdam enumeratis, generale ſubjiciat verbū, quo ſpecialia complectatur. *l. ſi ſervus. 27. §. & non. 16. D. ad l. Aquil.*

Non eſt novum, ut quæ ſemel utiliter conſtituta

ſtuta ſunt, durent, licet ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. *l. in ambiguis 85. § 1. D. de diverſ. reg. iur.*

Non omne quod licet, honeſtum eſt *l. 144. D. de div reg iur.*

Non decet à capite membra diſcedere, ſed omnia membra caput ſequantur. *c. non decet. diſtinct. 12. c. cum non. de praſcript.*

Non pro locis res, ſed pro rebus loca amanda ſunt. *c. Novit. diſtinct. 12.*

Non loca ſed vita & mores ſanctum faciunt ſacerdotem. *c. oportet. diſtinct. 40.*

Non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum, Non omnis ſacerdos eſt ſanctus, ſed omnis ſanctus eſt ſacerdos; *cap. multi. diſtinct. 40.*

Non generis, ſed virtutum nobilitas, viteque honeſtas gratum Deo faciunt. *c. venerabilis. de præbend. & dignita.*

Novo more quod geſtum eſt, reformetur. *l. abſentem. 6. C. de accuſat. & inſcript.*

Non entis nullæ ſunt qualitates. *l. 1. D. de heredit. vel act. vendit.*

Noverca eruditionis eſt negligentia. *c. nihil diſtinct. 83.*

Nox & dolor juſtus factum relevant. *l. Gracchus. 4. in fi. C. ad l. Iul. de adulter.*

O.

OCioſitas & voluptas arma ſunt hoſtis antiqui. *cap. niſi. §. perſona vero. de renunciat.*

Occaſio rapienda eſt, quæ præbet benignius reſponſum. *l. rapienda. 168. D. de diverſ. reg. iur.*

Occaſione momenti non pereat commoditas cœleſti proviſione conceſſa. *l. omnes. 3. C. de feriis.*

Officium artificio mutatur. *l. legatis. 65 §. 1. de legat. 3.*

Officii neceſſitas in omnibus ſatis excuſat. *l. poſt legatum. 5. §. advocatum. 13. D. de his quæ ut indig. auſer.*

Omnia quæ conſilio recte geruntur, jure meritoque effectu & firmitate nituntur. *l. dubium. 3. C. de repud.*

Omnibus quod communiter prodeſt, hoc rei privatæ utilitati eſt præferendum. *l. unic. § 14. C. de caduc. tollend.*

Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt. *1. q. 2. c. quam pio.*

Omnia quorum homines domini ſunt, pecunia vocatur. *1. q 3. c. totum.*

Omnia ſi in hoc ſeculo vindicanda eſſent, locum divina judicia nõ haberent: ſuperva-

cuis

Digitized by Google

cuis laborat impendiis, qui ſolem certat facibus adjuvare. *6.q 1.c.ſi omnia.*

Omnia quæ de terra orta ſunt, in terram cõvertentur. *13.q.2.c.in eccleſiaſtico.*

Omiſſio formæ vitiat actum. *l.cum hi.8.§ ſi prætor.17.D.de tranſact.*

Omiſſio modicæ ſolemnitatis actum non vitiat. *l.1.in fi.D.de vent.inſpiciend.*

Onus augetur, cum cuiquam improvide ſolvitur. *c.ea te.de iureiur.*

Operæ ſunt diurnum officium. *l.1.D. de oper. libert.*

Operis effectus in partes ſcindi non poteſt. *l. in executione.85.§.2.D.de verb.obligat.*

Opinioni veritas eſt præferenda. *c. nuper. de bigam.non ordinand.*

Opinio non præjudicat veritati. *c. cum Bertoldus.de ſentent & re iudica.*

Oportet mores creandorum inveſtigare, neque enim facultates, neq; dignitas ita ſufficiens eſt ad fidem, ut bona electio, vel voluntas & benigni mores. *l. ſcire oportet. 21. §.5.D.de tutorib. & curatorib.dat.*

Ordo non aliter habetur, quam duabus partibus adhibitis. *l.lege.3.D.de decret. ab ordi. faciend.*

Ordo juris & vigor æquitatis eſt ſubtiliter obſervãdus. *c.in cauſis.de ſentent.& re iud.*

Otium ſanctum quærit caritas veritatis, negotium juſtum ſuſcipit neceſſitas caritatis. *8.q.1.c.qui epiſcopatum.*

P.

Parum eſt, jus in civitate eſſe; niſi ſint qui jura regere poſſint. *l.2.§.poſt originem. 13.de orig.iur.*

Paria ſunt, aliquid non fieri vel minus legitime fieri. *l.quoties.D.qui ſatisda cog.l.2.D. de autorita.& conſenſ.tutor.*

Partis appellatione dimidia continetur. *l.etiam.43.D.de uſufruct.& quemad.*

Paria ſunt non eſſe & non apparere. *l.in lege.77.D.de contrahend.empt.*

Pars & in toto continetur. *l.in toto.13.D.de div.reg.iur.c.in toto.eod.tit.in 6.*

Paria ſunt non eſſe, & nullius valoris eſſe. *l.ſi aut nullum.4.C.de legit.heredib.*

Partes duæ ordinis in urbe poſitæ, totius curiæ inſtar exhibent. *l.nominatiuum.46. C. de decurionib.*

Par eſt virtus taciti atque expreſſi. *l.cum quid. D.de reb.credit.*

Pars omnis turpis eſt, univerſo ſuo non congruens. *c.qua contra.diſtin.8.*

Patientia pro traditione habetur. *l.ſi ego.11.§. 1.D,de publicia.in rem actio.*

Patria

Digitized by Google

Patria cuique dulciſſima. *l. qui habebat.101. de legat.3.*

Paupertas excuſat. *l.8.§.8. D. mandati.*

Pecunia his ſolis condicitur, quibus quoquo modo ſoluta eſt, non quibus proficit. *l. his ſolis.49. D. de condict. indebi.*

Pecunia reproba non liberat ſolventem. *l. eleganter.24.§.1. D. de pignorat. actio.*

Pecuniæ ſignificatione res omnes ſignificantur. *l.2.§.1. in fi. C. de conſtitu. pecu.*

Pecunia male acquiſita, corpus animamque commaculat. *1.q.1.c.cito.*

Pendens non eſt pro eo quaſi ſit. *l. is.169. D. de div. reg. iur.*

Perfectum eſt, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat, *l.1. D. de orig. iur.*

Permiſſa ſunt omnia, quæ prohibita non ſunt. *l. nec non.28.§.2. D. ex quib. cauſ. maior.*

Permiſſa ad tempus, poſt tempus cenſentur prohibita. *l. ſi ita quis.21. D. de vulgar. & pupil. ſubſtitut.*

Permittuntur propter alimenta quædam, alias non permiſſa. *l. ſi inſtituta.27.§. de inofficioſo.3. D. de inofficioſo teſtam.*

Periculoſum ac triſte eſt, conjunctorū mortem expectare. *l. cum tale.72.§.1. D. de condicio. & demonſtrat.*

Periculum ubi majus, ibi cautius eſt agendum. *l.1.§.5.D.de carbon.edict.c.ubi maius. de elect.in 6.*

Periculum ubi, ibi & lucrum collocetur. *l.final.§.ſed cum.3.in fi.C.de furt.*

Perennia eſſe debent, quæ ad jus reſcribuntur. *l.falſo.2.C.de diverſ.reſcript.*

Petitionis originem non oportet ex inſtrumentis eius, qui convenitur, fundari. *l.fin. C.de edend.*

Pietatis ratio non habetur *l. ex duobus.27.in fi.D.de negot.geſt.*

Pietas parentibus, etſi inæqualis eſt eorum poteſtas, æqua debetur. *l.furioſæ.4. D. de curator furioſ.*

Pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit, cæterum mariti calor & impetus facile decernentis eſt refrenandus. *l. nec in ea.22.in fi D.ad l.Iul.de adulter.*

Pietatis jura non ſunt violanda *l.contra.7.C. de teſtament.manumiſ.*

Pignus nullum eſt, cuius perſecutio negatur. *l ſi noxale.27. in prin. D. de noxal. actionib.*

Pignoris quæſtio ab intentione dominii ſeparatur. *l.1.§.2.D.de pignor.& hypothe.*

Plerunq; in bono & æquo pernitioſe erratur. *l.91.§.3.D.de verb.oblig.*

Plenitudo adjectione non indiget. *c. bene, in prin. diſtinct. 96.*

Plerunque dum proprietas verborum attenditur, ſenſus veritatis amittitur. *c. preterea. de verb ſig.*

Pluralis locutio duorũ numero cõtenta eſt. *l. ubi. 11. D. de teſtib. c. pluralis. de reg iur. in 6.*

Plus in acceſſione eſſe non poteſt, quam in principali re. *§. fideiuſſores. Inſt. de fideiuſſorib.*

Plura ſunt negotia quam vocabula. *l. 4. D. de præſcript. verb.*

Plus ſemper in ſe continet quod eſt minus. *c. plus. de reg. iur. in 6.*

Pœnitentia ſera non eſt admittenda. *l. ſi in lege. 24. § colonus 4. D locati.*

Pœnitudinis juſtæ humanitas amputanda non eſt. *l. ſi quis. 28. C. de appellat.*

Poſſeſſio plurimum facti habet, cauſa vero facti non continetur poſtliminio. *l. deniq. 19. D. ex quib. cauſ. maior.*

Poſſeſſio longa jus ſepulcri non tribuit. *l. 4. D. de mort. inferen.*

Poſteriora derogant prioribus. *l. divi. 6. §. 2. in fi. D. de iur. codicil. c. bona memoria. de confirmat. util. & inutil.*

Poſſeſſio etiam oculis & affectu quæritur. *l. 1. §. ſi iuſſerim. 21. D. de adquir. vel amit. poſſ.*

CAPVT SECVNDVM

Poſſeſſioni naturali quod deeſt, id animus implet. *l. poſſideri. 3. §. Neratius. 3. D. de adquir. vel amit poſſeſ.*

Poſſeſſionum genera tot ſunt, quot & cauſæ adquirendæ ejus, quod noſtrum non ſit. *l. 3. §. genera. 21. D. de adquir. vel amit. poſſeſ.*

Poſſeſſionis obtinendæ ratio non, ſed origo nanciſcendæ exquirenda eſt. *l. clam. 6. D. de adquir. vel amit. poſſeſ.*

Poſſidere aliud eſt, aliud in poſſeſſione eſſe. *l. ſi quis. 10. D. de adquir. vel amit. poſſeſ.*

Poſſeſſio vitioſa adverſus extraneos prodeſſe ſolet. *l. fin. D. de adquir. vel amit. poſſeſ.*

Poſſeſſio naturaliter interrūpitur, cum quis de poſſeſſione vi dejicitur. *l. naturaliter. 5. D. de uſurpat. & uſucap.*

Poſſeſſionis verbum interdum proprietatem ſignificat. *l. interdum. 78. de verbor. ſignif.*

Poſſeſſio nulla ut adquiri niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua utrumq; in contrarium actum. *l. fere. 153. D. de div. reg. iur.*

Poſſeſſio improba firmum titulum poſſidēti præſtare nullum poteſt. *l. improba. 7. C. de adquir. vel retinend. poſſeſ.*

Poſſeſſio plus habet facti quam juris. *c. cum noſtris. de conceſ. praben.*

Poteſtas

Poteſtas patria inæſtimabilis eſt. *l. filiusfamilias.114.§.ſed ſi.8.de legat.1.*

Poteſtas patria in pietate non atrocitate conſiſtere debet. *l.divus.5. D. ad l.Pompei. de parricid.*

Poteſtas juris non conſideratur, ſed judicii. *l.1.C.de teſtam.manumiſ.*

Præfationes nos ad lectionem perducunt, & evidentiorem præſtant intellectum. *l.1.de orig.iur.*

Præſumptioni levi non eſt ſtandum. *l.deniq;. §.1.in fi. D. de minorib.*

Præſcriptio ſine poſſeſſione non currit. *l. denique.19. D. ex quib. cauſ. maior. c. ſine.de reg. iur.in 6.*

Præſens poſſeſſio vendicationem parat. *l.non alias.24. § 2.D.de iudiciis.*

Prædium medium quod non ſervit, impedit ſervitutem *l.qui ſella.7.in fi.D. de ſervitut. prædior.ruſti.*

Præſentia corporis ad autoritatem non ſufficit. *l.1.§.1. D de autorit. & conſenſ. tutor.*

Præcipuum quid haberi oportet propter onera dignitatis. *l.1.§.ſed an id.16. D. de collat.bonor.*

Præſumptio una tollit alteram, & ſic fortior elidit debiliorem. *l. divus.7. D. de in integ. reſtitut.*

Præſumptioni juris ſtatur, donec contrarium probetur. *l. non eſt veriſimile. 23. D. de eo quod met. cauſ.*

Præſumptio juris eſt, quando jus aliquid præſumit, & hæc admittit probationem in contrarium.

Præſumptio juris & de jure eſt, quando jus aliquid præſumit, & inſuper quiddam ſtatuit, nec admittit probationem in contrarium.

Prædium urbanum non locus facit ſed materia. *l. urbana. 198 D. de verb. ſig. l. 16. C. de præd. & alio reb. minor.*

Prærogativa competens cœleſti favori conſervetur. *l. ſancimus. 22. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

Præſcriptio, non valenti agere, non currit. *l. 1. C de annal. except.*

Præſcriptio temporis juri publico non debet obſiſtere. *l. præſcriptio. 6. C. de operib. publi.*

Præſcriptio non à tempore diffinitionis, ſed à deceſſu diffinientis exordium ſumat. *16. q. 3. c. inter cætera.*

Præſentatio non conceſſio pertinet ad monachum. *c. fin. de iur. patrona.*

Præſumptio violenta pro certitudine eſt habenda. *c. fina. in fi. de presby. non baptiſa.*

Pretium

Pretium loco rei ſuccedit. *l. ſi & rem in fi. D. de heredita. petit.*

Pretio qui fruitur, re uti videtur *l. quia. 39. D. de uſufruct. & quemad.*

Pretia rerum non ex affectione nec utilitate ſingulorum, ſed cõmuniter funguntur. *l. ſi ſervum. 33. D. ad l. aquil. l. 63. D. ad l. falc.*

Pretia rerum ſunt varia per ſingulas civitates & regiones. *l. ideo. 3. D. de eo quod cert. loc. dar. opor. d. l. 63. §. 2. ad l. Falcid.*

Pretium operæ artis eſt velamentum. *l. cum duobus. 52. §. 2. D. pro ſocio.*

Pretium rei aliud eſt, aliud poſſeſſionis. *l. penult. in fi. D. uti poſſidet.*

Pretia juſta non ex præterita emptione, ſed ex præſenti æſtimatione conſtituuntur. *l. non. 3. §. divi 5. D. de iur. fiſci.*

Pretia prædiorum ſicut diligenti cultura amplianttur, ita ſi negligentius habita ſint, minui ea neceſſe eſt. *l. non. 3. §. divi. 5. D. de iur. fiſci.*

Pretioſius & ſubtilius quod eſt, non quæras, ſed quod utilius valet inveniri. *Clem. 1. §. ſtatuimus. de ſtat. monach.*

Primum quod eſt, aliud ante ſe habere non poteſt. *de iur. docend. ratio. §. 2.*

Principium uniuſcujuſque rei pars potiſſima eſt. *l. 1. de orig. iur.*

Privi-

Privilegia quæ perſonæ ſunt, non quę cauſæ, ad heredem tranſeunt. *l. privilegia. 196. D. de div. reg iur.*

Privatio præſupponit habitum. *l. decem. 116. de verb. obligat.*

Privilegia non ex tempore æſtimantur, ſed ex cauſa. *l. privilegia. D. de privileg. creditor.*

Primum eſſe, & maximum bonum omnibus hominibus credimus, veræ & immaculatæ Chriſtianorum fidei, rectam confeſſionem. *Novel. 132. de interdict. colleg. hareti. in princ.*

Principia ſæpe ſiniſtra ad felices proveniunt exitus. *1. q. 1. c. nunquam. §. item obiicitur.*

Principalis naturam ſequitur acceſſorium. *c. acceſſorium. de reg iur. in 6.*

Privilegia non inſpecta non valent argui falſitatis. *c. accepimus. de fid. inſtrument.*

Privilegium lex eſt privata. *c. Abbati. de verb. ſignif.*

Privilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona. *c. privilegium. de reg. iur. in 6.*

Proſpiciendum eſt, quod evenire poteſt, *l. ſi quis. 9. § 1. D locati.*

Pronunciatio facit jus. *l. ſi ſervus. 50. § 1. de legat. 1.*

Proprietas nihil habet commune cum pro-

prieta-

prietate. *l.12 §.1.D.de adquir. vel amit.poſſeſſ.*

Propoſitum in mente retentum nihil operatur. *l. ſi repetendi.7. C.de condict.ob cauſ. dator.*

Profeſſio vel adſeveratio nuda veritati non præjudicat. *l. neque.5.C.de teſtament.*

Properandum non eſt, ne ſubjectam innocentiam feriamus. *l. final. in prin. C. de accuſat. & inſcript.*

Proviſio facta in uno caſu porrigitur ad alios ſimiles. *l. Gallus.§. & quid ſi tantum.5. D. de liber. & poſtum. hered. inſtit.*

Proviſio hominis tollit proviſionem legis. *l. fin.C.de pact.convent.*

Pudor naturalis mulieribus nõ omnibꝰ perperam ſeſe manifeſtare concedit. *l. optimã. 14 C.de contrahend. & commit ſtipulat.*

Pudicitia maxime mulieres exornat. *Novel. 6. quomod. oport. epiſcop. cap. 6. in fi.*

Q.

Quale eſt cum petitur, tale dari debet. *l.2.D.de uſur.*

Quadriennium non ex opinione hominum, ſed de ſubſtantia vacantium bonorum dinumeratur. *l 10. §. quadriennii. 1. D.de diverſ. temporal. præſcript.*

Quanto

Quanto celſior gradus, tanto major autoritas invenitur. *c. quamvis. distinct. 21.*

Quæcunque ſpecialiter lege vel ſenatuſconſulto, vel conſtitutione principum tribuuntur, mandata juriſdictione non tranſferuntur, quæ vero jure magiſtratus competunt, mandari poſſunt. *l. 1. D. de offici. eius cui mandat. eſt iurisdict. in prin.*

Quæſtio major trahit ad ſe minorem. *l. per minorem. 54. D. de iudiciis.*

Quæ ſæpius in ſua redigi poſſunt initia, ea materiæ potentia victa, nunquã vires ejus effugiunt. *l. quæſitum. 78. §. illud. 4. de leg. 3.*

Quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta. *l. item. 15. §. hoc. 26. D. de iniur.*

Quæ contra leges fiunt pro infectis habentur. *l. iubemus. 14. §. 1. in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. c. quæ contra. de reg. iur. in 6.*

Quæ ex improviſo caſu potius quam fraude accidunt, fato plerunque non noxæ imputantur. *l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicar.*

Quælibet vel minima diverſitatis ratio reformat jus. *l. interpoſitas 13. C. de tranſact.*

Quæſtus immodicus imminuitur imperio. *Novel. 8. ut iudi. ſine quoque ſuffrag. fia. in præfat. § 1. cogitatio.*

Quæ iſta bonitas! quæ iſta miſericordia! uni parce-

parcere, & omnes in diſcrimen adducere. *c. ſed illud. diſtinct. 45.*

Quid antiquitas peccavit, quæ præſentis legis inſcia, priſtinam ſecuta eſt obſervationem? *l. iubemus. 29. C. de teſtament.*

Quod ad jus publicum attinet, non ſequitur jus poteſtatis. *l. nam. 14. D ad SCtum Treb.*

Quod ab initio legitime factum eſt, ex caſu ſupervenienti irritari nõ debet. *l. nec enim. 2. D. de itiner. actuq; priva.*

Quod non mutatur, quare ſtare prohibetur? *l. ſancimus 27. C. de teſtament. l. præcipimus 32. in fi. C. de appellat.*

Quod differtur, non aufertur. *l. deberi. 6. C. de fideicom. liberta.*

Quod principaliter non licet, nec incidenter vel per conſequentiam permiſſum eſt. *l. Athletas 4. § ait prætor. 2. verſ. ſive autem. D. de his qui notan. infam.*

Quod eſt in veritate, plus valet, quam quod in opinione. *§ ſi quis. 11. Inſt. de legat.*

Quod eſt in neceſſitate, curandũ eſt; & diffugiendum quidẽ, quod malũ eſt, inveniendũ vero undiq; quod melius eſt. *Nov. 89. quib. mod. natural. effician. ſui. in præfat.*

Quod neq; contra fidem, neq; contra bonos mores eſſe convincitur, indifferenter eſt habendum. *c. illa autem. diſtinct. 12.*

Quod

CAPUT SECUNDUM

Quod ex diſpenſatione introducitur, ad conſequentiam regulæ generaliter trahi non poterit *c. Apoſtolica. diſtinct. 56.*

R.

RAdice de infecta, fructus non producitur. *1. q. 1. c. fertur. §. cum ergo.*

Raro quæ accidunt, non temere in agendis negotiis computātur. *l. ea quæ. 64. D. de div. reg. iur.*

Raro quæ fiunt, in iis miraculum eſt. *Novel. 105. de conſulib. cap. quantumcunq; 1.*

Rarum eſt omne, quod eſt magnum. *c. ſi officia. diſtinct. 59. 2. q. 7. c. in ſancta.*

Rarum omne quod eſt, plus appetitur. *c. legimus. diſtinct. 93.*

Rationes eorum quæ conſtituuntur, inquiri non oportet: alioqui multa ex his, quæ certa ſunt, ſubvertuntur. *l. 21. D. de legib.*

Ratione quod non introductum eſt, ſed errore primum; deinde conſuetudine obtentum eſt, in aliis ſimilibus non obtinet. *l. 39. D. de legib.*

Ratio civilis naturalium jura corrumpere non poteſt. *l. eas. 8. D. de capi. diminut.*

Ratio naturalis, ſimul & civilis ſuaſit, alienam conditionem meliorem quidem, etiam ignorantis & inviti nos facere poſſe; deterio-

deteriorem non poſſe. *l. ſolvendo 39. D. de negot. geſt.*

Ratio naturalis autoritate ſenatus non poteſt commutari. *l. 2. D. de uſufruct. ear. rer. quæ uſu conſu.*

Ratio naturalis adverſus periculum permittit ſe defendere *l. itaque. 4. D. ad l. Aquil.*

Ratio à capite eſt edenda. *l. argentarius. 10. §. 2. D. de eden.*

Ratio non debet eſſe eadem cum dicto. *l. qui interrogatus. 12. D. de hereditat. petit.*

Ratio ubi eſt eadem, ibi idem ſtatuendum eſt jus. *l. illud. 32. D. ad l. Aquil.*

Ratio ſumma eſt, quæ pro religione facit. *l. ſunt perſonæ. 43. D. de relig. & ſumptib. fun.*

Ratio non ſolum damni, ſed etjam lucri habetur. *l. 2. in fi. D. de eo quod certo loco.*

Ratio nuda non facit debitorem. *l. non ſolum. 49. in fi. D. de pecul. l. nuda. 26. de donat.*

Ratihabitio mandato comparatur. *l. vero. 12. D. de ſolut. l. 152. §. 2. D. de div. reg. iur.* & retrotrahitur. *l. fin. C. ad SCtum Macedonia. c. ratihabitionem de reg. iur. in 6.*

Rationes ſæpe computatæ denuo tractari poſſunt. *l. unic. C. de error. calculi.*

Ratio par eademque non videtur, amittere debita & lucra non capere. *l. fin. C. de codicil.*

Ratio

Ratio quæ conſuetudinem ſuaſit, cuſtodienda eſt. *l.1. C. quæ ſit long. conſuetud. c. conſuetudo. diſtinct. 12.*

Ratio civilis civilia jura corrumpere poteſt, naturalia vero non utique. *Inſt. de legit. adgnator. tutel. in fi.*

Ratio ſana exemplis anteponenda eſt. *c. ſana. diſtinct. 9.*

Ratione quod caret, extirpandum eſt. *cap. cor epiſcopi. diſtinct. 68.*

Ratio & uſus neminem cogit, cui non vult de proprio facere beneficium. *10. q. 2. c. precaria.*

Ratio nulla permittit, ut quod pro communi utilitate datum eſſe cognoſcitur, propriis cujuſquam uſibus applicetur. *c. ratio. de prabend. & dignitatib.*

Ratum eſſe deſinet, quod non fuit rite perfectum. *1. q. 1. C. ſi qui epiſcopi.*

Rebus in novis cõſtituendis evidẽs debet eſſe utilitas: ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum viſum eſt *l. 2. D. de cõſtitut. princip.*

Rebus non, ſed verbis leges debemus imponere. *l. fin. C. de uſur.*

Rebus & locis omnibus ſimilis ordo ſit. *l. uni. in fi. C. de uſucap. transformand.*

Recedi à forma non debet. *l. ſi quis. 46. D. mandati.*

Recte

Recte non defenditur, cum exordium bonæ fidei ratio non tuetur. *l. cum heres. 11. in fi. D. de diverſ. temporal. præſcript.*

Recepta quæ ſunt propter neceſſitatem, non debent in argumentum trahi. *l. quæ. 162. D. de div. reg. iur.*

Redditus inter immobilia numerantur. *Novel. 7. de non alienand. aut permutand. reb. eccleſiaſti. in præfat. verſ. vult enim.*

Reficitur de communi, quod uſum & vtilitatem communem habet. *l. 2. §. 12. in fin. ne quid in loc. publi.*

Regulas ſacras pro legibus valere oportet. *Novel. 6. quomod. oport. epiſcop. cap. 1. §. 8. in fin.*

Rei majori per minorem non debet prejudicium generari. *l. ſcio. D. de in integ. reſtitut.*

Rei cujus ſpecies eadem cõſiſtit: eadem quoque res exiſtimatur eſſe. *l. proponebatur. in fi. D. de iudiciis.*

Rei ſatis demonſtratæ, quicquid additur, fruſtra eſt. *l. 1. § 8. D. de dot. prælega.*

Re in dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus juſtius eſt, quam tutius. *l. ea 192. §. 1. D. de div. reg. iur.*

Rei qualitas & reddituum quantitas æſtimetur. *l. ſi quos. 16. C. de reſcind. vendit.*

Rei-

Reipublicæ expedit, ne ſua re quis male utatur. § 2. *Inſt. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.*

Re in dubia ad fidem valet auctoritas eccleſiæ. *c. palam eſt diſt. 11.*

Reintegranda prius ſunt omnia, & poſtea negotia ventilanda. *3. q. 2. c. cum eccleſia.*

Re in obſcura melius eſt favere repetitioni, quam adventitio lucro. *l 41. D. de div. reg. iur.*

Religioſa ſunt, quæ religioſis adhærent. *l quæ religioſis. 43. D. de rei vendicat.*

Relicta videntur, quæ certam erogandi formam, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt. *l. Seio. 10. §. 1. de annuis legat.*

Religionum diverſitas nimiam cõfuſionem inducit. *c. 1. de religioſ. domib. in 6.*

Rem propter parvam nihil debet immutari. *l. ſcio. 4. D. de in integ. reſtit.*

Remedium ubi competit ordinarium, non datur extraordinarium. *l. in cauſa. 16. in prin. D. de minorib.*

Rem temperare debemus. *l. item. 13. in prin. D. locati.*

Rem alienam invito domino poſſidere non poſſum. *l. cum precario. 12. D. de precar.*

Rem amittere nõ videtur, cujus propria non fuit. *l. non videtur. 83. D. de div. reg. iur.*

Rem nemo invitus cogitur defendere. *l. invitus. 156. D. de div. reg. iur.*

Rem alienam qui defendit, nunquam locuples habetur. *l. qui. 166. D. de div. reg. iur.*

Rempublicam ut pupillam extra ordinem juvari moris eſt *l 3. C. de iure reipub.*

Remedia falſa ſunt abiicienda, quę veris ſunt periculis graviora. *c. de homine. de celebrat. miſſar.*

Repetita die cautionem interponi non debuiſſe *l 3. D. de fid. inſtru.*

Repudiatum quod ſemel eſt, reintegrari non poteſt. *l final. in fi. C de condit. inſert.*

Rerum vocabula immutabilia ſunt: hominū mutabilia. *l ſi quis in fundi. 4. de legat. 1.*

Rerum ſubſtantiam non mutat non neceſſaria verborum multiplicatio. *l pediculis. 32. §. Labeo. 6. D de aur. argent. legat.*

Rerum natura quæ prohibentur, nulla lege confirmata ſunt. *l. ubi. 188 § 1. D. de div. reg. iur.*

Res univerſitatis pro partibus non eſt ſingulorum. *l. in tantum 6. §. 1. D. de rer. diviſ.*

Res ſacra non recipit æſtimationem. *l. ſacra. 9. § fina. D. de rer. diviſ.*

Res de facili revertitur ad naturam. *l. ſi unus. 27. § 2. verſ quod in ſpecie. D. de pact.*

Res

Digitized by Google

Res dubia ſorte dirimatur. *l. in tribus.13. cum le.ſeq. D. de iudiciis.*

Res ab invito non eſt auferenda. *l. nec quaſi. 70. D. de rei vendicat.*

Res ſua ſibi ſervire non poteſt. *l. uti frui 5. D. ſi uſusfruct. pet.*

Res propter immenſas contentiones plerunque dividuntur. *l. in re communi. 26. D. de ſervitutib. urban. prædior.*

Res univerſæ æſtimari debent, non ſingularum rerum partes. *l. Mævius. 52. in fi. D fa-mil. erciſ.*

Res verbo aut digito oſtendatur, non refert. *l. certum. 6. D. de reb. credit.*

Res quæ pluris eſt, utique tanti eſt. *l. cum furti. 9. D. de in lit. iur.*

Res deterior facta, reddita non videtur. *l. 3. §. 1. D. commoda l. 1 § ſi res. 16. D. depoſi.*

Res tantum valet, quantum vendi poteſt. *l. 2. § portio 4. D. ad l. Rhod. de iact.*

Res vendita ſi non tradatur, in id quod intereſt, agitur. *l 1. D. de actionib. empt. & vend.*

Res incerta æſtimari poteſt. *l ſi iactum. 12. D. de actionib. empt. & vendi.*

Res magis quam verba intuenda ſunt. *l. promittendo. 41 § 1. D. de iur. dot.*

Res eadem ſæpius præſtari non poteſt. *l. plane. 34. §. ſed ſi. 3 de legat. 1.*

Res

Res mea amplius quam ſemel mea eſſe non poteſt, ſæpius tamen deberi poteſt. *l. & an. 14. §. 2. D. de except. rei iudi.*

Res ſanctiſſima eſt civilis ſapientia, quæ pretio numario non eſt æſtimanda, nec dehoneſtanda. *l. 1. §. proinde, 5. D. de extraord. cognit.*

Res abeſſe videntur etiam hæ, quarum corpus manet, forma mutata eſt, quoniam plerunque plus eſt in manus pretio quam in re. *l. 13. §. 1 de verb. ſig.*

Res ei abeſſe videtur, cui pretium abeſt. *l. Labeo. 14. de verb. ſig.*

Reſpublica ad privatum ſtatum trahi poteſt, dummodo ſtatus publicus non lædatur. *§. 1. Inſt. de rer. diviſ.*

Res quælibet præſumitur libera, niſi ſervitus probetur. *l. altius. 8. C. de ſervitut & aq.*

Reſcripta authentica atque originalia non exempla inſinuari debent. *l. ſancimus. 3. C. de diverſ. reſcript.*

Reſpublica minorũ jure uti ſolet. *l. reſpublica. 4. C. quib. ex cauſ. maior. in integ. reſtituan.*

Res omnes in pecuniam converti poſſibile eſt. *l. 2. § 1. C. de conſtit. pecu.*

Res inſtrumentis non geritur, ſed in hæc rei geſtæ teſtimonium confertur. *l. cum res. 12. C. de probat.*

Reſidui

Digitized by Google

Reſidui commemoratio etiam totum admittit. *l. pater. 2. C. de hered. inſtit.*

Res, negatione, dubia efficitur. *l. 3. C. quib. ad liberta. proclama. non lic.*

Res inter alios acta aliis non præjudicat, neque prodeſt *l. fina. C. quib res iudica. non noc. c. inter dilectos. de fid. inſtrum. c. dilecto in fi. de prabend.*

Res eo modo petatur, quo promiſſa eſt. *§ ſi quis agens. 33. verſ. qua de cauſa. Inſt. de actionib.*

Reſtringenda ſub ratione poteſtas eſt, nec eſt quid agendum priuſquam concitata ad tranquillitatem mens redeat, nam commotionis tempore juſtũ putat eſſe omne, quod fecerit. 11. *q. 1. ca. illa prapoſitorum.*

Res omnis per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur. *c. 1. de reg iur.*

Revelatio divina ſuperat omnem legem. *c. ex parte de converſ. coniugat.*

Ridiculum eſt tunicæ fundum accedere. *l. iuſtiſſime 44 in prin. D. de adilit. edict.*

Rigor & diſtrictio non requiritur in eccleſiaſticis perſonis & negotiis. *c. 1. de dol & contuma.*

Rigor eſt manſuetudine temperandus. *Clem. 1. §. quia vero. de iudiciis.*

Roma eſt caput orbis terrarum. *§. 10. de concept.*

Digitized by Google

cept.digeſt.& communis noſtra patria.*l.33.*
D.ad municipal.

Ruſticitas ſancta ſolummodo prodeſt ſibi.2.
q.7.c ſancta.

S.

SAcerdotium & imperium non multum differunt.*Novel.7.de non alienand.& permutand.reb.eccleſ.c.2.§.finimus.1.*

Salarium incertæ pollicitationis non recte petitur.*l.qui mutuam.56.§.3.D.mandati.l.* 17.*C.eod.*

Sancta quæ ſunt, coinquinari non poſſunt. *15.q.8.c.final.*

Satisfactio pro ſolutione eſt.*l.52.D.de ſolut.*

Scandalum utilius naſci permittitur, quam veritas relinquatur.*c.3 D.de reg.iur.*

Scientiæ non eloquentiæ opera danda eſt.*l.* 2.§*.ab his.40.de orig. iur.*

Scientia neq; curioſiſſimi neq; negligentiſſimi hominis accipienda eſt. *l.regula.9.§.2. D.de iur.& fact.ignor.*

Scientia alterius alteri non nocebit,vel ignorantia proderit. *l.non ſolus.22.§.1.D. de liberali cauſ.*

Scientiæ veritatem de fonte magis,quam de rivulis quærere cogimur,*c.ieiunium.el.2. diſtinct.76.*

Scripturæ fiunt, ut quod actum eſt, facilius probari poſſit. *l. contrahitur. 4. D. de pignor. & hypothec. l. 4. D. de fid. inſtru. l. iubemus. circa med. C. de teſtament.*

Scripturæ ordo non impedit cauſam iuris ac voluntatis. *l. cum pater 77. §. fidei. 12. de legat. 2.*

Scriptura interdum plus valet, quam peractum ſit. *l. ſi alii. 19. in fi. de uſu & uſufruct. lega.*

Scripturæ ordo non ſpectatur, ſed potius ex iure ſumitur id, quod agi videtur. *l. nec enim 6. D. de ſolut.*

Scrupuloſitas nimia non eſt admittenda. *l. ſed hac. 33. D. de excuſat. tutor.*

Sedes prima non juſtificabitur à quoquam. *c. nunc autem. diſtin. 21.*

Seminis cauſa nihil à cibariis differt. *l. quaſitum. 12. in fine princip. D. de inſtruct. vel inſtrum. lega.*

Semper in obſcuris quod minimum eſt, ſequimur. *l. ſemper. 9. D. de div. reg. iur.*

Semper ſpecialia generalibus inſunt. *l. ſemper 147. D. de div. reg. iur.*

Semen hominis ex qualicunque homine, Dei creatura eſt. *c. undecunq; diſtinct. 56.*

Senectute quod contingit, nulli imputatur. *l. ſi ut. 5. §. 4. D. commoda.*

Senſum

Senſum magis quam verba amplecti melius eſt. *l.3.§.9. D.de adimend. legat.*

Senectus ſemper venerabilis fuit. *l 5. D. de iur. immunita.*

Senectus ad donationem faciendam ſola nõ eſt impedimento. *l.16. C. de donat.*

Seniorum converſatio, juventutis fit educatio perfecta. *Novel 5. de monach. cap.3. in fi.*

Separatorum ſeparata eſt ratio. *l. fin. D. de calum.*

Sepultura una, plura ſepulcra efficere non poteſt. *l. cum. 44. D. de relig. & ſumptib. funer.*

Sepultura nulla vel vilis juſtis non obeſt, nec prodeſt impiis celebris vel ſpecioſa. *c. ſacris. de ſepult.*

Servile caput nullũ jus habet, nec minui poteſt. *l. liberos. 3. in fi. D. de capit. diminut.*

Servitus fit levior, cum quid ex alto cadit. *l. ſervitutes. 20. §.5. D. de ſervitutib. urban. prædior.*

Servitutem propriis ædificiis nemo imponere poteſt. *l. nemo. 39. D. de ſervitutib. urban. præd.*

Servitutem non recipit, quod humani juris eſſe deſinit. *l. caveri. 4. D. commun. prædior.*

Servitutem nemo ipſe ſibi debet. *l. quicquid. 10, D. commu. prædior.*

Servitus mari, quod natura omnibus patet, privata lege imponi non poteſt. *l. venditor.13.in prin.D.commu.prædior.*

Servitus morti comparatur. *l.cum hic.32.§.6. D.de donat.inter vir.& uxor.l.59.de condit. & demonſtrat.l.209.de div.reg.iur. Novel. 22.de nupt.cap.ſi vero.9.*

Servitus ſervitutis eſſe non poteſt. *l.1. D.de uſu & uſufr.legat.*

Servitus hodie non eſſet, ſi ebrietas non fuiſſet. *c.ſexto.diſtin.35.*

Sermo ubi non eſt neceſſarius, ibi ſolus ſufficit conſenſus. *l.in quibuſcunq;.48. D. de obligat.& actionib.*

Sermo dum per aurem concipitur, cogitatio in mente generatur. *c.ſit rector.diſtin.43.*

Sexui mulieris non ſubvenitur, quæ ſuo nomine periclitatur. *l.ſtichum.95.§.2.in fi.D. de ſolut.*

Sexu diſpares diverſa clauſtrorum habere tutamina jubentur. *l.3.C.de cuſtod.reor.*

Signum pene nihil à nomine diſtat. *l.quoties. 9.§.ſi quis.8.D.de hered.inſtit.*

Simplicitas magis quam difficultas placet. *§. ſed quia.7.Inſt.de fideicom.liberta.*

Simplicitas amica eſt legibus. *§. cæterum.3. Inſt.de legit.adgnat.tutela.*

Simplicitas multa eſt in agris. *Novel.73.de inſtrum.caut.c.hac autem 9.*

Sim-

Digitized by Google

Simplicitati venia tribuitur. *c. cum univerſorum. de rer. permut.*

Simulatio utilis eſt in tempore aſſumenda. *22. q. 2. c. utilem.*

Sæpe cum magna captione à rebus noſtris revocamur. *l. ſed ſi quis. 7. D. teſtament. quema d. aperian.*

Sæpe conjuncta pro disjunctis accipiuntur, & è contra *l. ſæpe. 53. D. de verb. ſig.*

Solemnitatem qui dixit, is eam probet. *l. quæcunq; 13. §. fin. D. de publi. in rem actio.*

Solum eſt pars ædium. *l. ſolum. 49. D. de rei vendi.*

Solutio particularis non minima incommoda habet *l. plane. 3. D. famil. erciſ.*

Soli jus ſequitur ædificium. *l. domo. 21. D. de pignorat. actio.*

Solet plus timeri, quod ſingulariter pollicetur, quam quod ſponſione generali concluditur. *c. quanquam. diſtinct. 23.*

Solutum minus intelligitur, etiamſi nihil eſſet ſolutum. *l. 32. D. de verb. ſig.*

Solutum cum amplius eſt quam debebatur, cujus pars non invenitur, quæ repeti poſſit, totum eſſe indebitum intelligitur, manente priſtina obligatione. *l. cum. 84. D. de div. reg. iur.*

Solidi pro imminutione, omnium quoque

pretia ſpecierum decreſcere oportet. *l.2.C. de veter.numiſ.poteſta.*

Sordes affectatæ & exquiſitæ delitiæ laudem non pariunt.*diſtinct.41.in princ.*

Sortes humanæ multæ ſunt, quæ nec dici nec numerari poſſunt, *l. ſæpe.9. C.de præſcript.30.vel 40 annor.*

Spes omnis ad ſolam ſummæ providentiam Trinitatis eſt referenda, unde & mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum diſpoſitio in orbē terrarum producta eſt. *de concept.digeſt.in prin.*

Speciem potius rerum, quam materiam intueri oportet. *l.Labeo.7.§.1.in fi.D.de ſuppellecti.lega.*

Species lucri eſt, ex alieno largiri, & beneficii debitorem ſibi adquirere. *l.ſi pignore.54.§.1.D.de furt.*

Specialia duo circa idem non poſſunt concurrere. *l.1.C.de dot.promiſ.*

Spiritualia tanto ſunt temporalibus digniora, quanto anima præfertur corpori. *c.ſolita.de maiorita & obedien.*

Status omnis noſter ſub perpetuo motu cōſiſtit. *Novel.7. de non alienand. & permutand.reb.eccleſiaſti.cap.2.in prin.*

Status ſingulorū ſervetur illęſus. *lib.2.feudor. tit.55.de prohib.feud.alienat.per Frideri.*

Suffra-

Suffragia emendicata impetrari non debent. *l. Scriniis. 7. in princ. C. de Palatinis.*

Summum in rebus bonum eſt juſtitiam colere, ac ſua jura cuique ſervare, & in ſubjectos non ſinere, quod poteſtatis eſt, fieri, ſed quod æquum eſt, cuſtodiri. *12. q. 2. c. cum doctiſſimam.*

Suum cuique tempus eſt. *Conſtit. Leon. 109. tit. ne intra ſeptim. ætat. ann. in princ.*

Sumtus cauſæ, qui neceſſarie factus eſt, ſemper præcedit. *l. quod privilegium. 8. in fi. D. depoſi.*

Superficies nunquam ſine ſolo capi longo tempore poteſt *l. nunquam. 26. D. de uſurpat & uſucap.*

Superfluum eſt hoc precibus poſtulare, quod jam lege permiſſum eſt. *l. uni. C. de theſaur.*

T.

TAntum operatur fictio in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero. §. *minorem. Inſt. de adopt. l. 1. D. eod.*

Tempus non eſt modus inducendæ vel tollendæ obligationis. *l. ſervitutes. 4. D. de ſervitutib.*

Temporis longinquitate ſæpe fit, ut non pateat conditio originis, *12. q. 2. c. longinquitate.*

Timoris vani juſta excuſatio eſt. *l.vani.184. D.de div.reg.iur.*

Tituli ad primordium poſterior quoq; formatur eventus. *l.unic.in ſi C.de imponend. lucrati.deſcript.*

Tolerabilia ſunt, quæ cõſuetudo vetus comprobat. *l.imperatores.13.D. de pollicitationib.*

Traditio nuda nunquã trãsfert dominium. *l.nunquam.31.D.de adquir.rer.domi.*

Tractu ampliore habito, melior exitus invenitur. *l.ſcimus.22.§.fin.C.de iur.delib.*

Tractu temporis non firmatur, quod de jure ab initio non ſubſiſtit. *c. non firmatur. de reg.iur.in 6.*

Trahi ad conſequentiam non debent, quæ à jure communi exorbitãt. *c.quæ de reg.iur. in* 6.

Tributorum potior eſt cauſa. *l.1.C. ſi propter publi penſitat.vendi fuer.celebra.*

Turpitudo non aboletur, quæ poſtea intermiſſa eſt. *l.palam.43 §. non ſolum.4. D. de rit.nupt.*

Tutelæ diviſio, quæ non juris ſed juriſdictionis eſt, modum adminiſtrationi facit. *l.inter.36.D. de adminiſtrat.& peric.tutor.*

Tutelæ non adminiſtrantur, ut mergantur pupil-

pupilli. *l. quid ergo. 13. in prin. D. de contrar. tut. & util. actio.*

Tutelæ voluntariæ munera privilegiis nihil derogant. *l. voluntaria. 12. C. de excuſat. tutor.*

Tutius eſt, vt veterum ſtatuta obſerventur, quam novum aliquid ſtatuatur. *c. 1. de cleric. peregrinan.*

V.

VAcua traditio juris nulla eſt. *l. fina. D. de ſervitutib.*

Valetudinis ratio eſt habenda. *l. 2. §. 3. & ſeq. D. ſi quis cautionib. l. ſi cui. D. ex quib. cauſ. maior. l. qui cum uno. § fin. D. de re milit.*

Valet interdum pro animæ ſalute mutatio loci. *c. valet. diſtinct. 81.*

Vanæ voces populi audiendæ non ſunt. *l. 12. §. 1. C. de pœn.*

Ubi non fuit legitima inſtitutio, ibi nec poteſt eſſe reſtitutio. *3. q. 1. c. Deus.*

Ubi jus eſt belli, ibi jus uſuræ. *14. q. 4. c finali.*

Ubicunq; ex bono & æquo agitur, nõ eſt curandum de apicibus juris. *l ſi fideiuſſor. 29. §. quadam. 4. D. mandat.*

Vecturæ non natura proveniunt, ſed jure *l. ſi navis. 62 D. de rei vendi.*

Digitized by Google

Vectigal earum rerum, quarum nunquam præſtitum eſt, præſtari non poteſt. *l. Locatio. 9. D. de publica. & vectigal.*

Venatio fructus fundi non eſt. *l. venationem. 26. D. de uſur.*

Veneranda vetuſtatis autoritas. *Novel. 23. de appellat. c. illud. 3.*

Venter mero æſtuans, cito ſpumat in libidinem. *c. venter: diſtinct. 35.*

Ventris ingluvies ad luxuriam facile provocat. *diſtinct. 44. in prin.*

Venter, cui coquorum multitudo deſervit, ædificia virtutum ad ſolum redigit. *diſtinct. 44. in princ.*

Venter pinguis craſſum ſenſum generat. *cap. non licet. diſtin. 44.*

Venter plenus facile de jejuniis diſputat. *12. q. 2. c. Socrates.*

Verba cum effectu accipienda ſunt. *l. 1. §. 2. D. quod quiſq; iuris.*

Verbum generale futura comprehendit. *l. ſi ſervitus. 23. D. de ſervitutib. urba. præd.*

Verba precativa vim habent præcepti, cum ab eo interponuntur, qui mandare & cogere poteſt. *l. 1. ubi gloſ. §. 2. verb. quemadmodum. D. quod iuſ.*

Verbum, reſtituere, plenã habet ſignificationem. *l. videamus. 38. §. 4. in fi. D. de uſur.*

Verba

Verba tranſpoſita idem ſignificãt. *l. quidam. 14. D. de pecul. lega.*

Verba ubi conjuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factum. *l. in eo. 110. §. 3. D. de div. reg. iur.*

Verbis opus non eſt, quæ rerum effectus nullus ſequitur. *l. fin. C. de evictionib. l. fin. C. de donat.*

Verborum interpretatio nuſquam tantum valeat, ut melior ſenſu exiſtat. *l. ſi quis. 3. C. de liberi præteri.*

Verbum temere prolatum non nocet. *l. 2. C. qui bon. ced. poſ.*

Verba propter ſimplices & ignaros clarius interpretanda ſunt. *lib. 2. feudor. tit. 7. de nov. form. fideli.*

Verba jactatoria non inducunt diſpoſitionẽ. *l. fin. D. de his qui teſtam. fac. poſ.*

Verba jocoſa non obligant. *l. obligationum ſubſtantia. 3. §. 2. de oblig. & actionib.*

Verba ſecundum ſubjectam materiam intelligi debent. *l. 15. §. 4. l. in lege. 29. D. locati.*

Verba ſemper intelligi debent, ut aliquid operentur. *l. ſi quando. 209. de legat. 1.*

Verba poteſtativa non inducunt neceſſitatem. *l. ſæpe. D. de offic. præſ.*

Verba intentioni deſerviant. *c. ſecundo requiris. de appellat. c. in his. de verb. ſig.*

Verba

Verba multa ſecundum communem uſum loquendi non ad actum, ſed ad aptitudinem referuntur. *c. maiores. verſ. cæterum. de baptiſmo.*

Verba ſic ſunt intelligenda, ut res de qua agitur, valere poſſit potius, quam perire. *cap. Abbati. de verb. ſig.*

Verbum (ſtatuo) rem perfectam ſignificat. *c. in his. de verb. ſig.*

Veritas imagine naturæ non adumbretur. *l. filio. 23. D. de lib. & poſtum. hered. inſtit.*

Veritatis ſubſtantia falſa demonſtratione mutari minime poteſt. *l. cum falſa. 5. C. de iur. & fact. ignor.*

Veritatis fides verborum adminicula non deſiderat. *l. 1. C. ſi minor ab hereditat. ſe abſtine.*

Veritas ſcripturæ, ſi res popoſcerit, per ipſum debet probari autorem. *l. ſi quis. 21. C. ad l. Cornel. de falſ.*

Veritas magis oculata fide, quam per aures animis hominum infigitur. *§. fin. Inſtit. de gradib.*

Veritas prius tacendo diſcitur, & poſtea loquendo prædicatur. *c. qui eccleſiaſticis. circa med. diſtinct. 36.*

Veritas per noſtrũ negare vel affirmare non immutatur. *l. aſſumtio. 6. D. ad municipal.*

Veritas

Veritas & fictio quando tendunt ad idem, veritas prævalet fictioni. *l. filio. D. de liber. & poſtum.*

Veritas rerum erroribus geſtarum non vitiatur. *l. illicitas §. 1. D. de offic. præſid.*

Veritas ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in lucem. *35. q. 9. c. grave.*

Veritatis amica ſimplicitas. *c. veritatis. de iureiur.*

Veroſimile non eſt, quod ſponte juri ſuo renunciaverit, qui renunciat ſpoliatus. *c. ſolicite. de reſtitut. ſpoliat.*

Veterana difficile eſt reformare, & ad ſuos mores formare. *l. 37. D. de ædil. edict.*

Vetuſtati dari debet. *l. in finali lib. 11. D. fini. regund.*

Vetuſtas ſemper pro lege habetur. *l. in ſumma. 2. in prin. D. de aqua & aq. pluv. arcend.*

Vetus accipitur, quod nõ eſt novum, & anni prioris vinum appellatione veteris continebitur. *l. vetus. 11. D. de trit, vi. vel ole. leg.*

Viam publicam amiſſam vicinus proximus præſtare debet. *l. ſi locus. 14 § 1. D. quemad. ſervit. amit.*

Villa pars fundi habetur. *l. ſi ita. 15. in fi. D. de inſtruct. & inſtrum. legat.*

Vinum vetus prævalet novo. *l. 3. D. de reb. credit.*

Vinum

Vinum luxorioſa res eſt. *c. luxurioſa. diſtinct. 35.*

Virtutum præmia tribui merentibus convenit. *l. & virtutum. 4. C. de ſtatuis & imag.*

Vita hominis longa eſt centum annorum. *l. an uſusfructus 56. D. de uſufruct. & quemadmod. l. ut inter. 23. C. de ſacroſ. eccleſ.*

Vitæ mutatio non eſt facilis, ſed cum animæ ſudabore. *Novel 5. de monach. cap. 2. in fine princip.*

Vix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. *c. miramur. diſtinct. 61. 1. q. 1. c. principatus.*

Vix quod fit, fieri tamen, dubium nō exiſtit. *c. 2. de cognat. ſpiritual. in 6.*

Unde & vulnus eſt ortum, prodiit & medela. *Clem. 1. de reliquiis.*

Vocem funeſtam amputari oportet prius, quam audiri. *l. ſi quis. 20. C. de his qui accuſa. non poſ. 2. q. 7. c. placuit.*

Voluntas coacta voluntas eſt. *l. ſi mulier. 21. §. 5 quod met. cau.*

Votum pro opere reputatur. *17. qu. 1. cap. qui bona.*

Vota ſtulta frangenda ſunt. *22. q. 4. cap. neceſſe eſt.*

Vox unius, vox nullius. *l. iuriſiurandi. 9. C. de teſtib.*

Vox

Vox præconia paucis innoteſcit. *auth. qui ſemel. C. quomod. & quando.*

Vox patris filii reputatur & econtra. §. *ſi quis. 4. in fi. Inſt. de inutilib. ſtipulat.*

Urbana à ruſticis non loco ſed opere ſeparantur. *l. ſervis. 99. de legat. 3.*

Uſusfructus pars dominii eſt. *l. 4. D. de uſufruct. & quemad.*

Uſusfructus adminiculis eget. *l. 1. §. 1 D. ſi uſusfruct. pet.*

Uſusfructus non portioni ſed homini adcreſcit. *l. & an. 14. §. 1. D. de except. rei iudic.*

Uſusfructus non dominii pars ſed ſervitutis ſit. *l. recte. 25 D. de verb ſig.*

Uſuræ non propter lucrum petentium, ſed propter moram ſolventium infliguntur. *l. cum quidam. 17. §. 3. D. de uſur.*

Uſurę vicem fructuum obtinent. *l. 34. in prin. D de uſur.*

Uſu peritia comparatur. *l. certi iuris. 17. C. de iudiciis.*

Uſus autoritati cedat, pravum uſum lex & ratio vincat. *c. uſus. diſtin. 11.*

Uſum ad certum quæ ſunt deſtinata, ad illum debent, non ad alium converti. *Clem. quia de religioſ. domib.*

Uter

CAPVT SECVNDVM.

Uter quem continet, intelligitur in rerum natura eſſe. *l. qui in utero. 7. D. de ſtat. homi.*

Utilitas cujus patet, & ſeipſam oſtendit, non eget commendatione. *l. 1. D. de in integ. reſtit.*

Utilitas communis pręfertur privatæ *l. actione. 65. § 5. D. pro ſocio. l. utilitas 4. C. de primipilo.*

Utilius videtur negociatam cauſam expedire compendio, quam per quandam exactam ſubtilitatem longo diſpendio prorogari. *c. Abbate in fi. de ſentent. & re iudi. in 6.*

Utile non debet per inutile vitiari. *c. utile de reg. iur. in 6.*

CAPVT

CAPUT TERTIUM.

DE MATRIMONIO.

A.

ÆQuum eſt eam carere connubio, quæ ſe monſtravit indignam. *l. conſenſu. 8 § hac niſi. 4. C. de repud.*

Affinitas poſt matrimonium inique contracta, illi nocere non debet, qui iniquitatis particeps non exiſtit. *c. tua fraternitatis. de eo qui cogno. conſang. uxor. ſu.*

B.

BOnum ſi eſt mulierem non tangere, malum eſt ergo tangere. *cap. Hoſpiciolum. diſtin. 32.*

C.

CAſus multi in conjugio occurrunt, in quibus conjuges ſine culpa, ſed non ſine cauſa continere coguntur. *c. quoniam. § quod ſi. ut lite non conteſtata.*

Coactiones difficiles ſolent exitus frequenter habere. *c. requiſivit. de ſponſal. & matrimo.*

Concubinatus per leges nomen aſſumſit, extra pœ-

tra pœnam legis eſt. *l. in concubinatu. 3. in fi. D. de concubi.*

Concubinam ex ſola animi deſtinatione æſtimari oportet. *l. 4. D. de concubi.*

Conjugis inopia per divitias ſalvetur alterius. *Novel. 53. de exhibend. & introducend. reis. in fi.*

Conjugium unum quos conjunxit, conjungat unum ſepulchrum. *13. q. 2. c. ebron.*

Conjugium multum favoris obtinet. *cap. tua nos. de conſang & affinita.*

Conſenſus ſolus ſufficit ad matrimonium illorum, de quorum, quarumque conjunctionibus agitur. *c. cum apud. de ſponſal. & matrimo.*

Conſiderandum eſt, ſemper in conjunctionibus non ſolum quid liceat, ſed & quid honeſtũ ſit. *l. ſemper. 197. D. de div. reg. iur.*

D.

DEſponſata ante nuptias nõ mutat domiciliũ. *l. ea quæ. 32. D. ad municipal.*

Deum, defuncti memoriã, & caritatem filiorum negligit, quæ ſecundo nubit. *Novel. 22. de nupt. cap. ſi autem. 40.*

Deus quos conjunxit, homo non ſeparet. *cap. deinde. diſtinct. 26.*

Difficile continentiam ſervat, qui ſe illicito concu-

concubitu maculare non metuit. *c. ſi quis, diſtinct. 34.*

Dos proprium patrimonium eſt ipſius mulieris. *l. deniq; §. 5. in fi. D. de minorib.*

Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio. *l. 3. D. de iur. dot.*

Dos ſecundum facultates mulieris, & dignitatem mariti & uxoris eſt conſtituenda. *l. quæro. 60. D. de iur. doti.*

Dotis omnis promiſſio futuri matrimonii tacitam conditionem accipit. *l. dotis. 68. D. de iur. dot.*

Dotium cauſa ſemper & ubique præcipua eſt. *l. 1. D. ſolut. matrimo.*

Dotis conditio per pactum deterior non fit. *l. ſi unus. 27. §. pactus. 2. in fi. D. de pact. l. de die. 14. l. Attilicinus. 17. D. de pact. dotalib.*

F.

FAvor dotium ſeveritatem legis ſæpius mollire conſuevit. *l. fin. C. ad SCtum Velleia.*

Favor liberorum imperat, ſolutionem matrimonii difficiliorem debere eſſe. *l. conſenſu. 8. C. de repud.*

Frater fratris ſponſam habere non poteſt. *c. ad audientiam. de ſponſal. & matrimo.*

Frau-

Fraudis nihil ei fit, quæ nuptias maturando, vota ſua diutius eludi non eſt paſſa. *l.2.C. de ſponſal.*

Felix & beatum eſt, utrique contrahentium perdurare in priori conjugio, & non procreatam ſobolem ſequentibus matrimoniis contriſtare. *Novel.22.de nupt.cap. deinceps.20 §.ſoluto.1.*

Ferendus non eſt, qui cum uxore ſua aſſidue moratus, nolit filium adgnoſcere quaſi nō ſuum. *l.filium.6.D.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.*

Filiæ tunc ſolum diſſentiendi à patre licentia datur, ſi indignũ morib. vel turpem ſponſum ei pater eligat. *l.ſed 12.§.1.D.de ſpōſal.*

Filiæ divortium in poteſtate matris non eſt. *l.filia.4.C.de repud.*

Finita inſtaurari rerum judicatarum non patitur autoritas. *l.5.C.de re iudica.*

Fiſcalis haſtæ fides facile convelli non debet. *l ſi hypothecas 8.C.de remiſ.pignor.*

Fructus dotis ad maritum pertinent, ad ſupportanda onera matrimonii. *l.dotis fructũ.7.D.de iur.dot.l.pro onerib.20.C.de iur.dot.*

H.

HOnor bene tranſacti matrimonii ſervãdus eſt. *l.unum.67.§.fin.de legat.2.*

In am-

Digitized by Google

I.

IN ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt. *l. 70. D. de iur. dot. l. in ambiguis. 85. D. de div. reg. iur.*

Inhoneſtum viſum, vinculo pœnæ matrimonia obſtringi, ſive futura, ſive jam contracta. *l. Titia. 134. de verb. oblig.*

Intereſt reipublicæ mulieres dotes ſalvas habere. *l. 2. D. de iur. dot. l. 1. D. ſolut. matrimo.*

Inter uxorem & concubinam, niſi in dignitate nihil intereſt. *l. item legato. 49. §. parvi. 4. de legat. 3.*

M.

MAritus emptoris loco eſt. *l. qui balneum 9. §. 3. D. qui potior. in pignor. habean.*

Maritus improbus mores uxoris, quos ipſe aut ante corrupit, aut poſtea probavit, accuſare non poteſt. *l. cum 47. ſolut. matrimon.*

Maritus & corpore, & ſubſtantia, & omni vita mulieris fungitur. *l. aſſiduis. 12. C. qui potior. in pignor. habean.*

Maritus in uxoris pudore, & pater in exiſtimatione filiarum propriam injuriam pati intelliguntur. *l. 2. C. de iniur.*

Mariti felicitas infortunium uxoris non ſit:

ſed

Digitized by Google

ſed ſentiat ejus fulgorem. *l. ſi libertatem. 28. C. de nupt.*

Maritum inprimis genialis tori vindicem eſſe oportet. *l. quamvis. 30. C. ad l. Iul. de adult.*

Mater filiam dotare non cogitur. *l. neque 14. C de iur. dot.*

Matremfamilias à cæteris fœminis mores diſcernunt. *l. pronunciatum. 46. §. 1. D. de verb. ſignif.*

Matremfamilias cum audis, accipe notæ autoritatis fœminam. *l. 3. in fin. D. de liber. exhib.*

Matrimonia vinculo pœnæ obſtringi inhoneſtum eſt. *l. Titia. 134 de verb. oblig.*

Matrimonium quieſcens non debet alius turbare atque inquietare. *l. conſtante. 26. D. ad l. Iul. de adulte.*

Matrimoniis in contrahendis naturale jus & pudor inſpiciendus eſt. *l. adoptivus. 14 § 2. in fi. D. de rit. nupt.*

Matrimonia bene concordantia jure patriæ poteſtatis non turbentur, & eſt patri perſuadendum, ne acerbe patriã poteſtatem exerceat. *l. 1. in fi. D. de liber. exhibend.*

Matrimonia non dotibus ſed affectu contrahuntur. *l. iubemus. 11. in prin. C. de repud.*

Matrimonia libera eſſe antiquitus placuit. *l. 2. C. de inutilib. ſtipulat.*

Matri-

Digitized by Google

Matrimonia cum hodie regantur jure poli, non jure fori, & jure poli mortuo viro mulier ſoluta eſt à lege viri, cui vult, nubat. 2. *q. 3. c. Euthemium.*

Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur, *c. cum olim. de ſponſal. & matrimo.*

Matrimonia debent eſſe libera. *c. requiſivit de ſponſal. & matrim.*

Melius eſt coartare juveniles calores, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum expectat matrimoniũ. *l final. §. 5. in fin. C. de bon. qua liber.*

Mulier ad ſuos victus, ſuaſque alimonias dotem poſſidet. *l. 12. in fine princip. C. qui potior. in pignor. habean.*

Mulieres commiſeratione dignæ ſunt, propter obſequia quæ maritis præſtant, propter partus periculum, & ipſam liberorum procreationem. *l. 12. § 1. in med. C. qui potior. in pig. habe.*

Mulieres non pro lucro foventur, ſed ne damnum patiantur. *d. l. 12. in fi.*

Mulier tam de patrimonio, quam de dote debet funerari. *l. in eum. 16. D. de religioſ. & ſumtib. funer.*

Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus. *l fin. C. de incolis.*

Mulier

Mulier propter maleficium viri non remaneat indotata. *c. ex literis. de pignorib.*

N.

NIhil tam humanum eſt, quam fortuitis caſibus mulieris maritum, vel uxorem viri participē eſſe. *l. ſi cum dotem. 22. §. 7. D. ſolut. matrimo.*

Nihil capi poteſt propter injuſtum matrimonium. *l. unic. D. unde vir & uxor.*

Non eſt cognatio neq; affinitas, nuptiæ ubi interdictæ ſunt. *l. non facile. 4. §. ſciendum. 8. D. de gradib. & adfinit.*

Nullum lucrum ex dote nulla. *l. à divo. 58. D. de rit. nuptiar.*

Nulla dos eſt ſine nuptiis. *l. cum multa. 20. de donat. ante nupt.*

Numeratio dotem non ſcriptura dotalis inſtrumenti facit. *l. 1. C. de dot. caut. non numera.*

Nupta videri non poteſt, quę virum pati non poteſt. *l. quod pupilla. 30. D. quando dies legat. ced.*

Nuptiæ legitimæ cum factæ ſunt, patrem liberi ſequuntur: vulgo quæſitus matrem ſequitur. *l cum. 19. D. de ſtatu homi.*

Nuptias non concubitus ſed conſenſus facit. *l. cui*

Digitized by Google

l.cui fuerit 15 in fin.D.de condit.& demonſtrat.l.nuptias.30.D.de div.reg.iur.

Nuptias dotes non faciunt, ſed conjunctorum affectus.*Novel.18.de Trient.& ſemiſ.c.neque illo.4.in fi.*

Nuptiis in contrahendis libera poteſtas eſſe debet.*l.final.in fi.C.de ſponſal.*

Nuptiæ conſenſu atque amicorum fide firmantur. *l.ſi donationum.22.in fi.C.de nuptiis.*

Nuptiæ immortalitatem nobis præſtant. *Novel.22.de nupt.in præfat.*

Nuptias affectus alternus facit. *Novel.22.de nupt.cap.nuptias.3.*

Nuptiarum nihil hominibus utilius. *Novel.39.de reſtitutionib.in præfat.circa fin.*

Nuptiæ terram implent, virginitas paradiſum.*cap.nuptiæ.32.q.1.*

P.

PAtris intereſt filiam dotatam habere. *l.pater.71.D.de evictio.*

Patri ignoſcendum eſt, qui filiam ſuam maturius in familiam ſponſi perducere voluit, affectu enim propenſiore magis, quam dolo malo id videtur feciſſe. *l.falſus.11.§.3.D.quod falſ.tut.autor.geſt.eſſe dice.*

K Pater-

Digitized by Google

Paternum eſt officium, dotes pro ſua darẽ progenie. *l. ſi pater. 7. verſ. utramq; C. de dot. promiſ.*

Q.

QUomodo poteſt hortator eſſe viduitatis, qui ipſa conjugia frequentaverit? *c. una. diſtinct. 26.*

R.

REs quæ ex dotali pecunia comparatæ ſunt, dotales videntur. *l. res. 14. D. de iur. dot.*

Res dotales vir ſuo ſumtu tueri debet. *l. quod dicitur. 15. D. de impenſ. in rem dotal. fact.*

Ridiculum eſt, eandem & ut viduam & ut nuptam admitti. *l. Titia. 100. D. de conditio. & demonſtrat.*

S.

SEmper in conjunctionibus non ſolum, quid liceat, conſiderandum eſt, ſed & quid honeſtum ſit. *l. ſemper. 42. D. de rit. nupt.*

Societas vitæ quodammodo uxorem dominam fecit. *l. 1. D. de action. rer. amotar.*

Sponſus & ſponſa affines ſunt. *l. quod Servius. 8. D. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſe.*

Vero-

Digitized by Google

V.

VEroſimile non eſt, eum mittere repudium, qui & ipſas nuptias denegat. *Novel.74. quib.mod. natur. fil. effic. legi. c. quoniam. 5.*

Vir cogitat, quomodo placere poſſit uxori. *c. diverſis de cleri.coniugat.*

Viri uxores lugere non compelluntur. *l.9.D. de his qui notant.infa.*

Vir ob facinus ſuum dotem ſperare, lucrifacere non debet. *l.ſi ab 10.D.ſolut. matri.*

Vir ſi offenſam ægræ mulieris maritali ſermone placaverit, in crimen non incidit. *l. virum.3.D.ſi quis aliquem teſtar.prohib.*

Vir ab uxore pudicitiam non exigat, quam ipſe non exhibet. *l.13.§.iudex.5. D.ad l.Iul. de adulter.*

Vir ſero accuſat mores, quos uxorem ducendo probavit. *l.13. in fi. D. ad l.Iul.de adulter.*

Vir debuit uxori iraſci, quæ matrimonium ejus violavit, tunc autem puniendus eſt maritus, cum excuſare ignorantiam ſuam non poteſt, vel adumbrare patientiam prætextu incredulitatis. *l. mariti. 29. in prin.D.ad l.Iul.de adult.*

Vir non habet poteſtatem ſui corporis ſed mulier. *c.quidam.de converſ.coniugat.*

Vir eſt caput mulieris. *c. duo pueri. de deſponſat. impuber.*

Virginalis pudoris non eſt, eligere ſibi maritum. *32. q. 2. c. honorantur.*

Vitæ conſortem invenire difficile non eſt. *Conſtitut. Leonis. 91. ut concubi. haber. non lic. in fi.*

Uxor brevi reverſa non divertiſſe videtur. *l. quicquid. 48. in fi. D. de div. reg. iur.*

Uxorem prægnantem qui reliquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe. *l. ſi quis. 187. D. de div. reg. iur.*

Uxor ſocia rei humanæ atque divinæ domus ſuſcipitur. *l. adverſus. 4. C. de crimin. expila. heredita.*

Uxores à viris defendi, non viros ab uxoribus æquum eſt. *§ patitur. 2. in fi. Inſt. de iniur.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

DE OBLIGATIONIBVS & contractibus.

A.

ABeſt id mihi, in quo obligatus ſum. *l. ſi quis mandato: in fin. D. de negot. geſt.*

Abſurdum eſt credere, alio die deberi officium, quam quo is vellet, cui præſtandum eſt. *l. cum patronus. 22. D. de oper. liber.*

Adgnationis jus pacto repudiari non poteſt. *l. ius agnationis. 34. D. de pact.*

Adminiſtrare cui conceditur, non conceditur donare. *l. contra. 28. § 2. D. de pact.*

Æquius eſt, pretium rei proficere debitori, quam creditoris lucro cedere. *l. reſcriptū. 12. § 1. D. de diſtract. pignor.*

Aliud eſt reddere, aliud quaſi de ſuo dare. *l. 1. § eleganter. 33. in fi. D. depoſi.*

Aliud eſt diem obligationis non veniſſe, aliud humanitatis gratia tempus indulgeri ſolutionis. *l. cum militi. 16. D. de compenſat.*

Amico qui negligenti rem cuſtodiendam tradit, non ei, ſed ſuæ facilitati id impu-

tare debet. §.2. *inſi. Inſt.quib.mod.re contrahit.obligat.*

B.

BOna concedens, videtur etiam obligationes concedere. *l. princeps.21. D.de verb.ſignif.*

Bonæ fidei non convenit, abnegare id, quod quis accepit. *l.quod ſervus.11. D.depoſiti.*

Bona fides non patitur, ut emptor rem amittat, & pretium venditor retineat. *l.11. §. 8. D.de action.empt.& vendit.*

Bona fides exigit, ut quod convenit, fiat. *l. cum venderem.21. D Locati.*

Bonam fidem non præſumitur habere, qui contra jura mercatur. *c. qui contra. de reg. iur.in 6.*

Bona fides, quæ in contractibus exigitur. *l. bonam. 4. C.de obligat.& act.* æquitatem ſummam deſiderat. *l.31.in prin. D.depoſ.*

Bona fides abeſſe præſumitur, ſi rebus tuis ſalvis exiſtentibus depoſitas amiſiſti. *c. bona.de depoſito.*

Brevitas cartulæ donationi nihil derogat. *l. ſi aliquid.13. C.de donat.*

***

Cer-

C.

CErtiſſimum eſt, ex contractu alterius neminem obligari. *l. cum.* 3. *C. ne uxor pro marito.*

Certa quę ſunt per rerum naturam, non morantur obligationẽ, licet apud nos incerta ſint. § *conditiones.* 6. *inſt. de verb. oblig.*

Civitas mutuo obligatur. *l. civitas.* 27. *D. de reb. credit.*

Commodatum debet eſſe gratuitum. §. 2. *in fin. Inſt. quib. mod. re contrahit. obligat.*

Conditio obligationis ex perſona heredum non immutatur. *l. ſtipulationum.* 2. §. 2. *de verb. obligat.*

Conditione comparandi collata in vendentis vel ementis voluntatem, quia non adſtringit neceſſitate contrahentes, obligatio nulla eſt. *l. in vendentis.* 13. *C. de contrahend. empt.*

Conſenſu quod contractum eſt, contrariæ voluntatis adminiculo diſſolvitur. *l.* 1. *C. quando liceat ab emption. diſced.*

Conſenſum non ignorantiam volumus obligari. *l. generali.* 3. *C. de tabular. ſcrib.*

Conſenſu quod contrahitur, ſine conſenſu minime relaxatur. *c. maiores. verſ. hîc vero. de baptiſmo.*

Conſilii non fraudulenti nulla obligatio eſt. *l.conſilii.47.D.de diverſ.reg.iur.c.nullus ex conſilio.eod.in* 6.

Contrahentibus naturaliter licet in pretio ſe circumvenire. *l.in cauſa 16 §.idem Pomponius.4.D.de minorib.l. item ſi.22.in fin. D. Locati.*

Contrahendo quod agitur, pro cauto habendum eſt. *l.3.D.de reb.credit.*

Contrahentes non debent decipi. *l. ſed ſi 11. § 5.in fin.D.de inſtitor.action.*

Contrahitur cum eo quodammodo, qui jubet. *l.1.in prin.D.quod iuſ.*

Cõtractus legem ex conventione accipiunt. *l.1.§.ſi convenit.6.D.depoſiti. c. contractus. de reg.iur.in* 6.

Contractus cujuſque initium ſpectandum & cauſa. *l. ſi procuratorem.8. in princip. D. mandat.*

Contractibus quæ dubitationis tollendæ cauſa inſeruntur, jus commune non lædunt. *l.quia 56.D.mandat.*

Contractum non intelligitur, ubi negotium geſtum eſt, ſed quo ſolvenda eſt pecunia. *l. aut.3.D.de reb.autoritat.iud.poſſiden.*

Contraxiſſe unuſquiſq; in eo loco intelligitur, in quo ut ſolveret, ſe obligavit. *l.21.D. de obligat.& action.*

Contra-

Digitized by Google

Contrahens cum alio, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis ejus. *l. qui cum. 19. D. de diverſ. reg. iur.*

Contrahentibus quod obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit. *l. quod. 143. D. de div. reg. iur.*

Contrahere ab initio liberum eſt, ſed ex poſt facto non eſt licitum reſilire. *l. ſicut. 5. C. de obligat. & action.*

Contrahentium voluntates magis quam verborum cõceptionem inſpicere juſtum eſt. *l. fin. C. quæ res pignor. oblig. poſ.*

Conventio contra bonam fidem bonoſque mores non eſt ſequenda. *l. 1. §. illud. 7. D. depoſiti.*

Conventio privatorum juri publico non derogat. *l. neq; 45. §. 1. D. de diverſ. reg. iur.*

Conventionis interdictæ fides fruſtra impleri petitur. *l. ſi contra 20. c. mandati.*

Creditori invito aliud pro alio ſolvi non poteſt. *l. 2. in fi. D. de reb. credit.*

Creditori licet vigilare ad ſuum conſequendum. *l. ſumma. 21. in fine princip. D. de pecul.*

Creditor quoties ſuos nummos accipit, non contingit liberatio debitori. *l. ſi mandavero. 22. § 8. in fin. D. mandat.*

Creditor nihil dolo facit, qui ſuum recipit. *l. nihil. 129. D. de diverſ. reg. iur.*

Digitized by Google

Creditor bonum nomen facit, qui admittit debitorem delegatum. *l. inter. 26. §. abeſſe. 2. de mandat.*

Creditor non plus juris habet, quam qui pignus dedit. *l. 3. § 4. D. de pignor.*

Creditoris intereſt, duos reos habere. *l liberationem. 3. in fin. D. de liberat. legat.*

Creditores non fraudantur, cum quid non adquiritur à debitore, ſed cum quid de bonis diminuitur. *l. non 134. D. de diverſ. reg. iur.*

Creditor, qui permittit rem vænire, pignus demittit. *l. creditor. 158. D. de diverſ. regul. iur.*

Cum coherede non contrahimus, ſed incidimus in eum. *l. heredes 25. §. non tantum. 16. D. famil. erciſ.*

Cum uno qui cõtraxit, in plures adverſarios non deſtringatur. *l. 2. D. de exercitor. actio.*

Cura cautius negotiari. *l. incivilem. 2. C. de furt.*

D.

DEbitores præſentes prius denunciationibus conveniendi ſunt. *l. debitores. 10. C. de pignorib.*

De contractibus ad ultimas voluntates recte arguitur. *§. 1. Inſt. de leg. Fuſ. Cani. tollen.*

Delica-

Delicatus neq; debitor, neque oneroſus creditor audiatur. *l. ſi ſervos. 25. in fi. D. de pignorat. actio.*

Depoſitis rebus quæ accedunt, depoſita non ſunt. *l. 1. §. qua. 5. D. depoſiti.*

Dictum non obligat ſed promiſſum. *l. ſciendum 19. §. 2. D. de ædilit. edict.*

Diſſenſus vitiat contractum. *l. ſi pecuniam. 18. D. de reb. credit.*

Donare præſumitur, qui filio ſubminiſtrat in ſcholis. *l. quæ pater. 50. D. famil. ercis.*

Donare eſt perdere. *l. filiusfamilias 7. in prin. D. de donat.*

Donari videtur, quod nullo jure cogente cõceditur. *l. donari. 29. D. de donat. l. donari. 28. D. de diverſ. reg. iur.*

Donandi cujus eſt, eidem & vendendi & cõcedendi jus eſt. *l. cuius. 163. D. de diverſ. reg. iur.*

Donatio perfecta conditiones poſtea nõ capit. *l. perfecta 4. C. de donat. quæ ſub modo.*

Dubitationis tollendæ cauſa quæ contractibus inſeruntur, jus commune non lædunt. *l. quæ. 81. D. de div. reg. iur.*

E.

EMptio ſpei eſt. *l. nec emptio. 8. §. 1. D. de contrahend. empt.*

Emptio-

Digitized by Google

Emptionis verbo omnis alienatio continetur. *l. ſtatuliberi. 29. §. 1. D. de ſtatuliber.*

Emptionis vicem diviſio obtinet. *l. 1. C. commun. utriuſq. iudicii.*

Empti fides ac venditi ſine quantitate nulla eſt. *l empti. 9. C. de contrah. empt. & vendit.*

Emptor viliore comparandi: venditor cariore diſtrahendi votum gerunt. *l. ſi volunta-te. 8. C. de reſtind. vendit.*

Emptoris plerunque eadem cauſa eſſe debet circa petēdum ac defendendū; quę fuit autoris. *l. invitus. 156. § 3. D. de diverſ. reg. iur.*

Ex cauſa ſupervenientereceditur à diſpoſitione legitime celebrata, quaſi ſub ea conditione contractum ſit, ſi res manſerit in eodem ſtatu. *c. quemadmodum. de iureiur.*

Explorata lege conductionis, fides bona ſequenda eſt *l. non utiq. in fi. D. de adminiſt. rer. ad civita. pertinent.*

F.

FActum; quod à pluribus pro indiviſo eſt, ſingulos in ſolidum obligat. *l. ſemper. 15. § ſi in 2. D. quod vi aut clam.*

Factum alienum promittendo nemo obligatur. *l. ſtipulatio. 38. de verb. obligat.*

Factum alienum mere quis promittens ſe obligat. *l. ſi apud. 3. C. de ædilit. edi.*

Fide-

Fidejuſſores non minus quam heredes juſtam ignorantiam poſſunt allegare. *l. qui. 42 D. de div. reg. iur.*

Filius ſicut debita patris ſolvere tenetur, ita prælatus ſui prædeceſſoris pro eccleſiæ neceſſitate contracta. *c. 1. de ſolutionib.*

Fiſcus in privatorum contractibus ſe interponere non debet. *l. ea quidem. 5. C. ſi mancip. ita fuer. aliena ut manumit.*

Fiſcum retractare, quod ſemel vendidit, æquitatis honeſtatiſque ratio non patitur. *l. retractare. 2. C. ne fiſcus rem quam vendidit, evin.*

I.

IActatio non obligat. *l ſciendum. 19. §. ea 3. D. de ædilit. edict.*

Impendens aliquid propter funus, cum defuncto contrahere creditur. *l. 1. D. de relig. & ſumptib. funer.*

Impubes videtur contrahere, cum adiit hereditatem. *l. apud 3. in fin. D. quib. ex cauſ. in poſſeſ. ea.*

Improbus non poteſt videri, qui ignorat, quantum ſolvere debeat. *l. non poteſt. 99. D. de div. reg. iur.*

Impoſſibilium nulla eſt obligatio. *l. 185. D. de div. reg. iur. c. nemo. eod. in 6.*

Imper-

Imperſonalitas vitiat obligationem. *Auth. ſi quando. C. de conſtitu pecu.*

In alternativis debitoris eſt electio, & ſufficit alterum adimpleri. *c. in alternativis. de reg. iur. in 6.*

Incendium ære alieno non exuit debitorem. *l. 11. C. ſi cert. peta.*

In contractibus plena, in teſtamẽtis plenior, in beneficiis pleniſſima interpretatio eſt adhibenda. *c. cum dilecti, in fi. de donat.*

In diem quod debetur, ante ſolvi poteſt. *l. cõtinuus 137. §. 2. de verb. obligat.*

In dubio pronunciandũ eſt, cõtractum revocari nõ debere. *l. inter virũ* 8. *D. de reb. dub.*

Initium in contractibus eſt inſpiciendum, *l. 58. §. 2. D. pro ſocio.*

Iniquum eſt invitum ſuo pretio res ſuas vendere *l. non enim. 9. D. de act. rer. amot.*

Iniquum eſt, eum qui nihil cum pupillo contraxit, expectare ejus pubertatem. *l. apud. 3. D. quib. ex cauſ. in poſſeſ. ea.*

Iniquum eſt, ex conditione actorum, obligationes reorum extendi. *l. ſi ſervus. 4 D. de diverſ. temporal. præſcript.*

Iniquum eſt, ut alienis bonis ſub gratioſa auctione diſtractis, parum accedat publico nomini, cum totum pereat debitori. *l. ſi quos. 16. in fi. C. de reſcind. vendit.*

In obli-

In obligationibus quoties dies non ponitur, præſenti die pecunia debetur. *l.eum qui. 41.§.quoties.1.de verb.oblig. l.in omnib.14. D.de div.reg.iur.*

Intereſt noſtra potius non ſolvere, quam ſolutum repetere. *l 2. D.de compenſat.*

Invecta & illata pignori eſſe creduntur. *l.eo iure.4.cum aliis.D.in quib.cauſ.pig.vel hypothe.taci.contraha.*

Invitus nemo contrahit. *l.invitum.11. C.de contrah.empt.& vendit.*

In ſtipulationibus quoties ambigua oratio eſt: commodiſſimum eſt, id accipi, quo res, qua de agitur, in tuto ſit. *l.quoties.80.de verb.oblig.*

Intervallum modicum non vitiat obligationem. *l.1.§.1.de verb.oblig.*

In ſtipulationibus jus continetur: in pactis factum verſatur. *l ſi unus.27.§.2.D.de pact.*

Jure quæ contrahuntur, contrario jure pereunt. *l.omnia.*100 *D de diverſ.reg.iur.*

L.

LEvitati perfectã donationem reuocare cupientium, jure occurratur. ***l.ſi repetendi.7.C.de condict.ob cauſ.dator.***

Locans utitur. ***l.arboribus.§.2.D. de uſufr. & quemadmodum.***

Locatio

Locatio non ſolet dominium mutare. *l. non ſolet.39 D.loca.*

Locare ſervitutem nemo poteſt. *l. locare. 44. D.locati.*

Luſus gratia quod fit, non obligat, *l.dolo malo.5. D.de ſerv.corrupt.*

M.

MAndatum ſuſcipere eſt voluntatis, ſed id conſummare, neceſſitatis. *l. in commodato.17.§.3.D. commoda. l.22.§.11.D.mandati.*

Mandatum debet eſſe gratuitum. *l.1.§ 1. D. mandati.*

Mandati fines diligenter ſunt cuſtodiendi, nam qui exceſſit, aliud quid facere videtur. *l.diligenter.5.in prin. D. manda. l. cum mandati 12.C.eod.*

Mandatum nullum eſt rei turpis. *l.ſi.6.§.rei. 3. D.mandati.*

Mandatũ morte ſolvitur. *l.inter.26.D.mand.*

Mandare qui poteſt, experiendi poteſtatem habet. *l.1. D. de diverſ.temporal.præſcript.*

Mandare creditur ſemper, qui non prohibet pro ſe intervenire. *l.ſemper.60.D. de diverſ. reg.iur.*

Mandatum re integra domini morte finitur. *l.15.C.mandati.*

Modis

Modis fere quibuſcunque obligamur, iiſdem in contrarium actis liberamur. *l. fere.153. D de div. reg. iur.*

Mulier facilius ſe obligat, quam alicui donat. *l.4. in fi. D. ad SCtum Velleia.*

N.

NEc ignorans, nec invitus quiſquam donat. *l.19. C. de donat.*

Nemo debet ex parte obligationem comprobare, ex parte tanquam de iniqua queri. *l. ſi ita 39. in fi. D. de oper. libertor.*

Neminem oportet conventionem vel admonitionem expectare, ſed ultro ſeſe offerre, & debitum ſpōtanea voluntate perſolvere. *l.2. circa med. C. de iur. emphyteu.*

Nemo ad factum præciſe obligatur, ſed ad intereſſe tantum. *l. ſtipulationes. 72. verſ. Celſus. de verb. oblig.*

Nemo poteſt retinere, quod vendidit. *c. qui ſtudet.* 1. *q.*1.

Nihil ex obligatione dierum paucorum mora minuet. *l. ſi in lege.24. §. colonus.4. D. Locati.*

Non eſt novum, ut duæ obligationes in eiuſdem perſona de eadem re concurrant. *l. non eſt novum.10. D. de actionib. empt. & vendi. l.5. D. de fideiuſſor.*

Non

Non donat, qui neceſſariis oneribus ſuccurrit. *l ſi quis.21. D. de don. inter vir. & uxor.*

Nullius quod eſſe poteſt, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere. *l. quod. 181. D. de div. reg. iur.*

O.

OBligamur naturaliter ad antidora. *l. ſed etſi 25. §. conſuluit. 11. D. de petit. heredita.*

Obligatio ſemel quæſita, non ſolet ad alium tranſire. *l. 25. §. 2. D. de uſufructu & quemadmodum.*

Obligatio tacita naſcitur extra id, quod agitur. *l. is qui. 13. D. commoda.*

Obligatur nemo ex conſilio, etiamſi non expediat ei, cui dabatur, quia liberum eſt cuiq; apud ſe explorare, an expediat ſibi conſilium. *l. 2. in fi. D. mandati.*

Obligatio non ideo ceſſat, quod dies & conſules additi, vel tabulæ ſignatæ non ſint. *l. 34. §. 1. in fi. D. de pignor. & hypothe.*

Obligatus in infinitum nemo debet eſſe. *l. 13. in fi. D. de damn. infect.*

Obligationi ea inſunt, quæ pecunia lui præſtarique poſſunt. *l. ſtatuliberum 9. §. 2. D. de ſtatulib.*

Obligationes ſingulas ſingulæ cauſæ ſequũtur.

tur. *l.* & *an.14.§.2.D.de except.rei iudica.*

Obligamur non figura literarum, ſed oratione quam exprimunt literæ. *l.non figura.38. D.de obligat.& actionib.*

Obligationes ſunt inventæ, ut unuſquiſque ſibi adquirat. *l.ſtipulatio.38.§. alteri.17. D. de verb.oblig.*

Obligatio mater eſt actionis. *l.licet.42.§. ea obligatio.2.D.de procuratorib.*

Obligatio rei plenior eſt. *l. 5.D.de fideiuſſorib.*

Obligatio naturalis juſto pacto ipſo jure tollitur. *l.ſtichum.95.§. naturalis.4. D. de ſolut.*

Obligatio in perpetuum ſublata, reſtitui non poteſt. *l.qui res.98.§. Aream.8.D. de ſolut.*

Obligationes confuſæ non reſuſcitantur. *l. eius qui.29.in fi.D.de iur.fiſci.*

Obligatur nemo ideo, quia recepturus eſt ab alio, quod præſtiterit. *l.nemo.171.D.de div. reg.iur.*

Obligationes, quæ conſenſu contrahuntur, contraria voluntate diſſolvuntur. §. *hoc amplius.4.Inſt.quib mod.tolli.obliga.*

Obligatio voti ad heredem tranſit. *l.ſi quis.2. D.de pollicitation.*

Omnia quæ contra bonos mores, vel in pactum, vel in ſtipulationē deducuntur, nullius

lius momenti ſunt. *l. ex eo. 4. C. de inutilib. ſtipulat.*

Origo potius obligationis, quam titulus actionis conſiderandus eſt. *l. ſi filiusfamilias. 3. C. ad SCtum Macedonian.*

P.

PActa in rem omnibus proſunt. *l. & heredi. 21. in fi. D. de pact.*

Pacta, quæ turpem cauſam continent, obſervanda non ſunt. *l. ſi unus. §. 4. D. de pact.*

Pactum à jure communi remotum nō ſervatur *l. iurisgentium. 7. §. 16. D. de pact.*

Pactum à re privata remotum non valet. *d. l. ſi unus. 27 §. 4. ver. & in ſumma, D. de pact.*

Pactum contra juris regulas non valet. *l. contra. 28. D. de pact.*

Pactis privatorum formam iuris fiſcalis convelli non placuit. *l. inter. 42. D. de pact.*

Paciſci nemo poteſt, ne fundum ſuum alienet; Deo dedicet; vel in eo quid ſepeliat. *l. penult. D. de pact.*

Pacto jus publicum infringi non poteſt. *l. Neratius. 20 D. de relig. & ſumptib. funer.*

Pactum trina denunciatione tollitur. *l. 4. in fi. D de pignorat. act.*

Pactum ambiguum contra venditorem interpre-

terpretandum eſt. *l. in contrahenda. 172. D. de diverſ. reg. iur.*

Pacta, quæ contra leges vel bonos mores fiunt, nullam vim habere noſcuntur. *l. pacta. 6. C. de pact.*

Pacta noviſſima ſervari oportet. *l. pacta noviſſima. 12. C. de pact.*

Pactionibus debitorum, creditorum petitio nec tolli nec mutari poteſt. *l. debitorum. 25. C. de pact.*

Pacto ex arrali perſonalis duntaxat actio paciſcentibus præparatur. *l. ex arrali. 3. C. de actio. empti. & vendi.*

Paria ſunt minus ſolvere & tardius ſolvere. *l. 85. D. de ſolut.*

Pax ſervetur, pacta cuſtodiantur. *c. 1. de pact.*

Per liberam perſonam, quæ neq; iuri noſtro ſubjecta eſt, neque bona fide nobis ſervit, obligationem nullam adquirere poſſumus. *l. ſi ita. 126. §. 2. de verb. obligat.*

Permutationem vicem emptionis obtinere, non eſt juris incogniti. *l. 2. C. de rer. permutat.*

Peti non debet, quod intra certum tempus comprehenſum ſolvi poteſt. *l. liber. 118. §. decem. 1. D. de verb. oblig. l. nihil. 186. D. de diverſ. reg. iur.*

Præſtationis difficultas non facit inutilem

ſtipu-

Digitized by Google

ſtipulationem. *l. 2. §. 2. in fin. D. de verb. oblig.*

Privatis pactionibus non læditur jus cæterorum. *l. imperatores. 3. in princ. de tranſact.*

Principis contractus legis vicem obtinent. *l. donationes. 26. C. de donat. inter vir. & uxor.*

Promittens bis idē, id, eo jure amplius quam ſemel, non tenetur. *l. 18. de verb. oblig.*

Promiſſio nulla poteſt conſiſtere, quæ ex voluntate promittentis ſtatum capit. *l. à Titio. 108. in fin. de verb. obligat.*

Promiſſoris voluntas tamdiu in pendenti eſt, quamdiu id quod promiſſum eſt, ſolvatur. *l. qui ex. 106. de verb. obligat.*

Pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt de jure donare. *c. quod autem. in fi. de iur. patrona.*

Publica coërcitio privata pactione non tollitur. *l. illud. 5. D. de pact. dotalib.*

Pupilli contractus ex uno latere conſtat & claudicat. *l. Iulianus. 13. §. 29. D. de actionib. empt. & vendi.*

Q.

Quæ natura ſui, dominio noſtro exempta

empta ſunt, in obligationem deduci nullo modo poſſunt. §. *idem. 2. in fin. Inſt. de inutilib. ſtipulat.*

R.

REi ſuæ nulla eſt emtio. *l. debitor. 40. in princ. D. de pignorat. actio. l. cum res. 4. C. de contrahend. empt. & vendit.*

Reipublicæ jus pacto mutari non poteſt. *l. non utiq; 2. §. ius. 8. D. de adminiſt. rer. ad civita. pertinent.*

Rei ſuæ pignus, depoſitum, precarium, emtio, locatio, conſiſtere non poteſt. *l. neque. 45. D. de div. reg. iur.*

Repetitio per errorem dati cujus eſt, ejus conſulto dati donatio eſt. *l. cuius. 53. D. de div. reg. iur.*

Reſponſum ut congruens accipere poſſis, inſere pacti exemplum. *l. ut reſponſum. 15. C. de tranſactionib.*

S.

SCienter qui promittit, indebitum donare videtur. *l. Campanus. 47. D. de oper. libertor.*

Sequeſter dicitur, apud quē plures eandē rē, de qua

Digitized by Google

de qua controverſia eſt, depoſuerunt. *l. ſequeſter. 110. D. de verb. ſig.*

Sequeſtrationis neceſſitas conquieſcat. *l. uni. C. de prohib. ſequeſt. pecu.*

Societas leonina reprobatur. *l. ſi non fuerint. 29. § 2. D. pro ſocio.*

Societas rerum inhoneſtarum nulla eſt. *l. nec 57. D. pro ſoci. l. 1. §. 14. D. de tutel. & rationib. diſtrahend.*

Societas jus quodammodo fraternitatis in ſe habet. *l. verum 63. in prin. D. pro ſoc.*

Solvendi tempus cum obligationi additur, niſi eo præterito, peti non poteſt. *l. nihil. 186. D. de div. reg. iur.*

Stipulatio ſemel commiſſa reſolvi non poteſt. *l. habere 57. in fi. D. de vict.*

Stipulationes quæ ob cauſam fiunt, non habent donationem. *l. hoc iure. 19. §. ſed &. 5. D. de donat.*

Stipulatio non valet in rei promittendi arbitrium collata conditione. *l. ſtipulatio. 17. D. de verb. oblig.*

Stipulationes turpes nullius ſunt momenti. *l. generaliter. 26. de verb. oblig.*

Stipulatori liberum eſt, verba late concipere. *l. quicquid aſtringenda. 99. de verb. obligat.*

Stipulatus quod ſum inutiliter extraneo, non

non auget meam partem. *l. ſi mihi. 110. de verb. obligat.*

Stipulari alteri nemo poteſt. §. *alteri. 18. Inſt. de inutilib. ſtipulat.*

T.

TEmpus id in ſtipulationibus ſpectatur, quo contrahimus. *l. non 144. §. 1. D. de div. reg. iur.*

Tranſactio quæcunque fit: de his tantum, de quibus inter convenientes placuit, interpoſita creditur. *l. qui cum 9. §. tranſactio. 1. D. de tranſact.*

Tranſacta & finita ſunt, quæ ſine controverſia ſunt poſſeſſa. *l. 229. D. de verb. ſig.*

Tranſigere vel paciſci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non eſt. *l. tranſigere. 18. C. de tranſactio.*

Tranſactio nullo dato vel retento ſeu promiſſo minime procedit. *l. ſuus. 3. C. de repud. vel abſtinend. heredita.*

V.

VEnditio nuda & imaginaria pro non facta eſt. *l. 55. D. de contrahend. empt.*

Venditio neceſſaria non liberat debitorem, niſi pecunia percepta. *l. quæſitum. 9. D. de diſtract. pignor.*

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

Venditio imaginaria non eſt pretio accedente. *l. imaginaria. 16. D. de div. reg. iur.*

Vendere aliud eſt, aliud vendenti conſentire. *l. aliud. 160. D. de div. reg. iur.*

Verba cõmendatitia nõ obligant. *l. quod venditor. 37. D. de dol. mal l. 12. §. 12. D. mandat.*

Verborũ latitudo volũtatis cõtrahentiũ propter nimiã ſubtilitatẽ nõ impediatur. *l. uni. C. ut actio. & ab here. & cõt. hered incip.*

Veritas rei in contractibus potius quam ſcriptura perſpici debet. *l. 1. C. plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur. l. 6. C. ſi quis alteri vel ſibi.*

Veroſimile nõ eſt quẽ plus promiſiſſe, quam judicio præſtare compelleretur. *l. ſi ſtipulatus. 4. D. de uſur.*

Voluntas omnium ſpectetur in ea re, quæ ex duorum pluriumve conſenſu agitur. *l. non ſolum. 31 D. de obligat. & actio.*

Volũtates legitime contrahentiũ omnimodo cõſervandæ ſunt: *l. pen. in fi. C. pro ſocio.*

Uſura in fructu non eſt, quia non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſa eſt, id eſt, nova obligatione. *l. 121. D. de verb. ſig.*

Uſucapio pignoris cõventionem non extinguit. *l. uſucapio. 7. C. de pignorib. & hypothe.*

Utilitas ſolvendi ſalva eſt promiſſori. §. *ſi quis agens. 33. Inſt. de actionib.*

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

DE ACTIONIBVS.

A.

ACtio non oritur ex pacto nudo. *l.iurlsgentium.7.§ 4.D.de pact.*

Actio injuriæ non ex pacto, ſed ex contumelia oritur. *l.ſi unus.27.§.2.D.de pact.*

Actio famoſa temere non debet decerni. *l.1. § ait prætor.D.de dol.ma.*

Actio creditoris eſt inanis, quam excludit inopia debitoris. *l.nam is.6. D. de dol.ma. c. olim.1.de reſtitut.ſpoliato.*

Actionibus variis ſimul quis uti non poteſt. *l.cum filius.76.§.varius.8.de legat.2.*

Actiones meorum & tuorum appellatione continentur. *l.ſi legatus.30.§.1. ad SCtum Trebellia.*

Actionem cui damus, eidem & exceptiones competere multo magis quis dixerit. *l.1. §.is autem.4.D.de ſuperficieb.l.invitus.156. § 1.D.de diverſ.reg.iur.*

Actionem exercentes, deteriorem noſtram cauſam non facimus. *l.aliam.29.D.de novationib.*

Actiones plures, quoties ejuſdem rei nomine concurrunt, una quis experiri debet. *l. nemo. 43. § 1. D. de diverſ. reg. iur.*

Actionem ejus eſt denegare, qui poſſit & dare. *l. qui. 102. §. 1. D. de diverſ. reg. iur.*

Actiones pœnales non ſolent in heredem tranſire. *l. Pupillum. 111. §. 1. D. de diverſ. reg. iur.*

Actiones præſertim pœnales de eadem re cõcurrentes, nunquam alia aliam conſumit. *l. nunquam.* 130. *D. de diverſ. reg. iur. §. fin. Inſt ſi quadrup. pauper fecis. dica.*

Actiones omnes, quæ morte aut tẽpore pereunt, ſemel incluſæ judicio ſalvæ permanent. *l. omnes. 139. D. de diverſ. reg. iur.*

Actionem habere minus eſt quam rem. *l minus. 204. D. de diverſ. reg. iur.*

Actione principali non ſubſiſtente ſatis ſupervacuum eſt, ſuper uſuris vel fructibus adhuc judicem cognoſcere. *l. eos qui. 26. C. de uſur.*

Actiones tempore non probatas præcipimus concremari. *l. iuſtas. 6. C de iur. fiſci.*

Æquitas nulla præſtat actionem adverſus eum, qui exulat nudus. *l. tutelas. 7. in fin. D. de capit. diminut.*

Æquitatis ratio diverſas ſpecies actionis excludere nullo modo poteſt. *l. fin. C. de conſtitu. pecu.*

Aliena-

Alienatio cui interdicitur, non poteſt exercere actiones. *l. ait prætor. 7. §. 2. D. de iur. deliberan.*

Ante actionem cogitandum eſt. *Novel. 1. de heredib. & falcid. cap. 3. verſ. oportet.*

Aperta credentium videtur eſſe voracitas, qui alios actionum ſuarum redimunt exactores. *l. 2. C. ne liceat potentiorib.*

C.

CAuſam actionis non mutat locus vendendi. *l. cum interdum. 4. D. de inſtitor. actio.*

Circumventio alterius, alii nõ præbet actionem. *l. alterius 49. D. de diverſ. reg. iur.*

Controverſiis ſingulis ſingulæ actiones ſufficiunt. *l. ſingulus. 6. D. de except. rei iudica.*

Conven[illegible]o famoſa actione juramentum deferre non licet. *c. final. de iureiur.*

D.

DIfferentia nulla eſt inter directam & utilem actionem. *l. actio. 47. D. de negot. geſt.*

E.

EXercentes actionem deteriorem noſtram cauſam non facimus ſed meliorem. *l. aliam. 29. D. de novat. & delegat.*

Experitur nemo ſine actione *l. quoties. 9. §. & generaliter. 3. D. de adminiſt. & pericul. tutor.*

H.

HYpothecaria actio ſuas conditiones habet. *l grege. 13. §. etiam. 4. D. de pignor. & hypothe.*

I.

INtereſt nihil ipſo jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. *l. nihil. 112. D. de div. reg. iur.*

N.

NEmo de improbitate ſua conſequitur actionem. *l. itaque fullo 12. §. 1. D. de furt.*

O.

OMnia, quæ contra bonam fidem fiunt, veniunt in empti actionem. *l. 1. §. 1. D. de actionib. empti & vendi.*

P.

PEtens minus ſine periculo agit. *§. ſi minus. 34. Inſt. de actionib.*

Publiciana comperta eſt, ut res domino auferatur. *l. fin. D. de publicia. in rem actio.*

Quem

Q.

QUem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. *l. vindicantem.17.de evictionib.*

R.

REmittentibus actiones ſuas non eſt dandus regreſſus. *l. quaritur.14 §.9. D. de ædilit.edict.*

S.

SErviana nudam poſſeſſionem avocat. *l. ſi cum.66.in prin.D.de evictio.*

T.

TItulus actionis non ſed debiti cauſa reſpicienda eſt. *l. tutor.69. D. de fideiuſſorib.*

CAPVT SEXTVM.

DE TESTAMENTIS ET *ultimis voluntatibus.*

A.

ABſurdum eſt, plus juris habere legatarium quam heredem, aut ipſum teſtatorem, ſi viveret. *l. aliud. 160. §. 2. D. de diverſ. reg. iur.*

Abſurdum atque impium eſt, heredes teſtatoris differre voluntatem. *l. ancillam 15. C. de fideicom. libertatib.*

Abſurdum videtur, licere eidem partim cõprobare judicium defuncti, partim evertere. *l. 7. D. de bon. liberto.*

Accuſationem inter voluntariam, & officii neceſſitatem heredis multum intereſt. *l. mater. 2. C. de calumniatorib.*

Aliud eſt perſonam commendare, aliud voluntatem ſuam fideicommittentis heredibus inſinuare. *l. fideicommiſſa 11. §. ſi ita. 2. de legat. 3.*

Aliud eſt ex perſona heredis conveniri, aliud proprio nomine defuncti precib. adſtringi. *l. ſi patroni. 55. §. 2. D. ad SCtum Trebell.*

Condi-

Digitized by Google

C.

CONditio non videtur repetita, quæ inutile legatum facit. *l. ſervo.113.§. 4. de legat.1.*

Conditio impoſſibilis in ultimis voluntatibus pro non ſcripta habetur. *§. impoſſibilis. Inſt. de hered. inſtit.*

Contra patris & autoris ſui factum venientibus, ut indignis hereditas legibus aufertur. *c. Sylveſter. 11. q. 1.*

D.

DEfunctorum intereſt, ut habeant ſucceſſores. *l. & quia.6.D. de interrogat.*

Defunctus ſine liberis non eſt, qui nepotem ſuum heredem reliquit. *l. liberorum.220.§. 2. de verb. ſignif.*

Demonſtratio falſa non perimit legatum. *l. ſi ſic.75 §.1. in fi. de legat.1. §. huic proxima. 30. Inſtit. de legat. l. 2. C. de falſ. cauſ. adiect. legat.*

Dividi in partes quæ non poſſunt, ſolida à ſingulis heredibus debentur. *l. ea. 192. D. de div. reg. iur.*

Diſpoſitio privata teſtatoris non poteſt generalem conſtitutionem canonis immutare. *c. requiſiſti. de teſtament.*

Diverſitas rerum obſcurum facit legatum. *l. ita.40.D.de iur. fiſci.*

Donationes mortis cauſa vice legatorum funguntur. *l. etiam.3.§.ſed & 17.D. de bon. liberto.*

Donatio mortis cauſa facta, non videtur perfecta, antequam mors inſequatur. *l. non videtur.32. D de donat. cauſ. mort.*

Dubitantes de ſtatu ſuo vel errantes, teſtamentum facere non poſſunt. *l.15.D.qui teſtament. face. poſſ.*

E.

Errore ſcribentis teſtamentum, juris ſolemnitas mutilari nequaquam poteſt. *l. errore.7.C.de teſtament.*

Ex defuncti voluntate accipitur, quod conditionis implendæ cauſa datur. *l.pro herede.20.§.4.D.de adquir. vel amit. heredi.*

F.

Fictio legis Corneliæ & hereditatem & heredem facit. *l filiusfamilias. 18.D. ad l. Falcid.*

G.

Gerit pro herede, qui conditiones implet. *l. Antiſtius.62.D. de adquir. vel amit. heredi.*

Heredi-

H.

HEreditas augmentum recipit & diminutionem. *l. item veniunt. 20. §. item non ſolum. 3. D. de petit. heredi. l. pecuniæ. 178 §. 1. de verb. ſig.*

Hereditas etiam ſine corpore juris intellectum habet. *l. hereditas. 50. in prin. D. de heredita. petit.*

Hereditas domini loco habetur. *l. ſi ante. 15. in prin. D. de interrogat. l. 9. C. de poſi.*

Hereditas viventis nulla eſt. *l. 1. D. de heredi. vel act. vendi.*

Hereditas ſemel adita, adimi facile non poteſt. *l. 1. §. 4. D. de his quæ in teſtam. delent.*

Hereditas cum ſemel eſt adita, omnis defuncti voluntas rata conſtituitur. *l. ſi patroni. 55. §. 2. D. ad SCtum. Treb.*

Hereditates non modo honeſto titulo, ſed & pleniore honore tribuuntur. *l. filium. 5. §. ſed & 6. D. de legat. præſtand.*

Hereditas perſonæ vice fungitur. *l. mortuo. 22. D. de fideiuſſorib.*

Hereditas eſt ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit. *l. nihil. 24. D. de verb. ſig.*

Hereditas cum ſemel adita eſt, omnia jura tranſeunt ad heredes. *l. cum heredes. 23. D. de adquir. vel amit. heredi.*

Heredi-

Digitized by Google

Hereditas omnis, quamvis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. *l. omnis. 138. D. de div. reg. iur.*

Hereditatem ſi nemo ſubiit, omnis vis teſtamenti ſolvitur. *l. ſi nemo. 181. D. de div. reg. iur.*

Hereditas paterna quaſi debita ad poſteritatem devolvitur. *l. cum furioſus. §. 2. C. de curat. furio.*

Hereditas vicem defuncti non heredis ſuſtinet. *§. ſervus. 2. Inſt. de hered. inſtituend.*

Hereditatis emolumento privetur, cujus recuſavit onera ſupportare. *c. licet. de voto.*

Heres vitiorum defuncti ſucceſſor. *l. ſi ego 11. §. partus. 2. D. de publicia. in rem act.*

Heres morum coercitionē nō habet in uxorem defuncti. *l. rei. 15. §. 1. D. ſol. matrim.*

Heres laudandus eſt magis quam accuſandus, qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundum ipſius voluntatem abjecit: ſed memoria humanæ conditionis, ſepulturæ tradidit. *l. quidam. 27. D. de condicio. inſtit.*

Heres non eſt onerandus in infinitum. *l. fideicommiſſa. 11. §. ſi quis. 18. de legat. 3.*

Heres & hereditates tametſi duas appellationes recipiunt; unius perſonæ tamen vice funguntur. *l. 22. D. de uſurpat. & uſucap.*

Heredi non relinquitur, quod ſcelere quæſi-

tum

tum eſt. *l. cum falſi 12. D. ad l. Cornel. de falſ. l. in heredem. 5. D. de calumniatorib.*

Heredis appellatio paucis ſpeciebus proximum continet. *l. ſciendum. D. de verb. ſig.*

Heres non vult eſſe, qui ad alium transferre voluit hereditatem. *l. non vult. 6. D. de div. reg. iur.*

Heres non ſponte cum legatariis contrahit. *l. qui cum 19. D. de div. reg. iur.*

Heres nec pœnam, nec lucrum ex delicto defuncti ſentire debet. *l. ſicuti 38. D. de diverſ. reg. iur.*

Heres ejuſdem poteſtatis & juris eſt, cujus fuit defunctus. *l. heredem 59. D. de div. reg. iur.*

Heres in contractibus, quibus doli præſtatio vel bona fides ineſt, in ſolidum tenetur. *l. hoc. 152. §. 3. D. de div. reg. iur.*

Heres factum defuncti præſtare tenetur. *l. cum à matre. C. de rei vendicat.*

Heredes non ita impii exiſtant, ut liberalitatem teſtatoris, & ſerviles labores debita remuneratione defraudare conentur. *l. quidam 5. §. 2. C. de neceſſar. ſerv. hered. inſtitut.*

Heres & defunctus una perſona reputantur. *Novel. 48. de iureiur. à morient. praſti. in praefat.*

His

His prohibetur tacite relinqui, qui palam relictum capere non poſſunt. *l. 1. C. de delatorib.*

I.

IGnorantia heredis defuncti vitia non excludit. *l. cum heres. 11. D. de diverſ. temporal. præſcript.*

Improbus eſt, qui de viventis hereditate ſollicitus eſt. *l. 2. §. 2. D. de vulgar. & pupil. ſubſtitut.*

In cujus locum alius ſuccedit, pro mortuo habetur. *l. 65. §. 12. D. pro ſocio.*

Indignus videtur, qui deſtituit ſupremas defuncti preces. *l. ſi patroni. 55. § 3. D. ad SCtũ Trebell.*

Inſtitutio, quæ ab initio inutilis fuit, ex poſtfacto convaleſcere non poteſt. *l. quæ ab. 210. D. de div. reg. iur.*

Inſtitutiones captatorias, etiam in militis teſtamento, nullius eſſe momenti, manifeſtum eſt. *l. captatorias. 11. C. de teſtam. milit.*

Inteſtatus proprie dicitur, qui cum teſtari poſſet, teſtatus non eſt. *l. 1. in prin. D. de ſuis & legit.*

Judicio certo debet quis ſuæ poſteritati cavere. *§. ſed nec. 27. Inſt. de legat.*

Jure ſtricto heredes nulla tenentur actione ad mo-

ad monumentum faciendum. *l. hereditas. 50. §. 1. D. de hereditat. petit.*

Jura fere omnia heredum perinde habentur, ac ſi continuo ſub tempus mortis heredes extitiſſent. *l. omnia 193. D. de diverſ. reg. iur.*

Jus conjunctionis ex diverſis teſtamentis nō contingit. *l. ſi ſub. 16. in fi. D. quib. mod. uſuſfruct. amit.*

Jus ſucceſſionis plenius eſt, quam emptionis *l. Pomponius. 13. §. quaſitum. 4. D. de adquir. vel amit. poſſeſ.*

Jus in univerſum qui ſuccedunt, heredis loco habentur. *l. in pari. 128 §. 1. D. de diverſ. reg. iur.*

L.

LEgatum annuum in facto potius, quàm in jure conſiſtit. *l. pen. D. de capit. diminut.*

Legatum damno nunquam eſſe poteſt. *l. ſi hereditatem 32. D. mandati.*

Legata per omnia ſunt exæquata fideicommiſſis. *l. 1. de legat. 1.*

Legari poteſt, quod apud hoſtes eſt. *l. id quod. 9. de legat. 1.*

Legata turpia pro non ſcriptis habeantur. *l. turpia 54. de legat. 1.*

Lega-

Legatum in alterius arbitrium conferri poteſt *l.1.§ 1.de legat.2.*

Legatum hominis, orationis compendio ſingulos homines continet. *l. Mœvius.60. § 3. de legat.2.*

Legatarios inter, nullum ordinem obſervamus, ſed ſimul omnes æqualiter tuemur. *l.is cui.5.qui prior.3.D.ut in poſſeſſ legat.*

Legata recta via ad legatarium tranſeunt. *l.à Titio.64 in fi.D.de furt.*

Legis una eſt intentio, ut quæ diſpoſita ſunt à morientibus, impleantur. *cap.1.§.4. Novel.1.de hered. & falcid.*

Libertas de ſupremis judiciis conſtringi non poteſt. *l.52.§ 9.D.pro ſocio.*

Liberi certo judicio à parentum ſucceſſione removendi ſunt. *l.ſed ſub conditione.18. D. de bonor.poſſeſſ.contra tab.*

M.

Militum voluntas in expeditione pro jure ſervatur. *l.1.C.de teſtam.milit.*

Militum teſtamenta juris vinculis non ſubjiciuntur. *l.3.in prin.C.de teſtam.milit.*

N.

Neceſſitas imponit implere deficientium voluntates eis, qui habere permittuntur,

tuntur, quæ illi reliquerunt. *l. ſancimus.* *46. C. de epiſcop. & cler.*

Negligentia coheredis alteri non noceat. *l. rem. 65. in fi. D. de evictionib.*

Nemo ex alterius facto hereditati neq; alligari, neque exheredari poteſt. *l paterfamilias. 44. D. de heredib. inſtituend.*

Nemo poteſt in teſtamento ſuo cavere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant. *l. nemo. 55. de legat. 1.*

Nemo in paganis teſtatus & inteſtatus decedit. *l. ius noſtrum. 7. D. de diverſ. reg. iur.*

Nemo ſine pietatis intentione alienum cadaver funerat. *l. & ſi quis. 14. §. ſed interdum. 7. D. de religioſ. & ſumtib. funer.*

Nemo videtur alienas ſucceſſiones propriis anteponere. *l. cum acutiſſimi. 30. in fi. C. de fideicommiſſ.*

Nihil de ſuo videtur reliquiſſe, qui, quod relinquit omnimodo reddere debuit. *l. unum. 67. §. 1 de legat. 2.*

Nihil eſt, quod magis hominibus debeatur, quam ut ſupremæ voluntatis, poſtquam jam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium. *l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

Non oportet eum, qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiam heredum.

Digitized by Google

dum, damno adfici. *l. mandatum.57. in fin. D. mandati.*

Non eſt veroſimile, quem duplici præſtatione ſuum heredem onerare. *l. Titia.34.§ 5. de legat.2.*

Non oportet prius de conditione cujuſquam quæri, quam hereditas legatumve ad eum pertineat. *l. non oportet.52 de legat.2.*

Non quæri oportet, cum quo de ſupremis quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigetur. *l. cum pater, 77. §. donationis.26. de legat.2.*

Nõ probe de hereditate viventis agitur. *l. ita tamen.27.§ à patre 4. D. ad SCtum Treb.*

Non ſic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas, parẽtes ad bona liberorum ratio miſerationis admittit, liberos naturæ ſimul & parentum commune votum. *l. ſcripto.7. D. unde liberi.*

O.

OLea immatura plus habet reditus, quã ſi matura legetur. *l in fructu.42. D. de uſu & uſufr. lega.*

Omnia quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum eventus capiũt, ſi initium quoque ſine vitio ceperint, *l. omnia.201. D. de diverſ. reg. iur.*

Onera

Onera hereditaria ad ſcriptos heredes pro portionibus hereditariis, non pro modo emolumenti pertinent. *l.1.C.ſi cert.peta.*

P.

PAria ſunt legare fructum & uſumfructum. *l.cum ita.41. D.de uſu & uſufr. lega.*

Parentibus arbitrium dividendæ hereditatis inter liberos adimendum non eſt. *l parentibus 8.C.de inofficio teſtam.*

Pater ſui filii non gratam hereditatem relictam, ſed triſte lucrum ſibi lugeat acquiſitum. *l. Sancimus.11. in fin. C.commun.de ſucceſſionib.*

Patre mortuo quædam filios ſequuntur, etiam antequam fiant heredes. *l. ſi maritus. 46.D famil.erciſ.*

Plerunque tam heredibus noſtris, quam nobismetipſis cavemus. *l. ſi pactum.9.in fin. D.de probat.*

Poſſeſſio defuncti quaſi conjunctim deſcendit ad heredem *l.cum miles.30. D. ex quib. cauſ.maior.*

Publice expedit, ſuprema hominum judicia exitum habere. *l.vel negare.5.D.teſtament. quemad.aperian.*

Pugnantia inter ſe ubi in teſtamẽto juberentur,

tur, neutrum ratum eſt. *l. ubi.188. D. de div. regul. iur.*

Q.

QUæſitum turpiter vel ſcelere ad compendium heredis non debet pertinere. *l. quod diximus. 16. in fi. D. quod met. cauſ. l. 12. D. ad l. Cornel. de falſ.*

Quædam in teſtamentis ſi exprimantur, effectum nullum habent, quando ſi verbis tegantur, eandem ſignificationem habeant, quam haberent expreſſa, momentum aliquod habebunt. *l. ſi quis. 68. D. de heredib. inſtituend.*

Qui loco alterius ſuccedit, ejus partibus fungi debet. *l quædam. §. 1. D. de edend.*

Qui judicium alicujus impugnat, non debet ex eadem hereditate quicquam conſequi. *l quæſitum. 40. D. de adquir. vel amit. heredi.*

Qui non admittitur ad partem, facit partem. *l. huiuſmodi 84. § ſi Titio. de legat. 1.*

Qui poſt mortem avi ſui concipitur: is neque legitimam hereditatem ejus tāquam ſuus heres, neque bonorum poſſeſſionem tanquam cognatus accipere poteſt. *l Titius. 6. D. de ſuis & legit. heredib.*

Ratio

R.

RAtio naturalis quaſi lex quædam tacita liberis parentũ hereditatẽ adjicit, velut ad debitam ſucceſſionẽ eos vocando. *l. cum.7.D.de bon.damnator.*

Recedi à verborum ſignificatione non aliter oportet, quam cum manifeſtum eſt, aliud ſenſiſſe teſtatorem. *l.non aliter.69.in princ. D.de legat.3.*

Res hoſtium legari poteſt. *l. ab omnibus.104. §.2.de legat.1.*

Reverentia exhibenda eſt tam vivo quam defuncto *l.apud 4.§. adverſus.16. D. de dol.mal & met.except.*

S.

SEnium ætatis vel ægritudinem corporis ſinceritatem mentis tenentibus teſtamenti factionem certum eſt non auferre. *l.Senium.3.C.qui teſtament.facer.poſ.*

Separatio diſſolvit legatum. *l.item legato.49. §.ſed.6.de legat.3.*

Sine herede non decedit, qui monaſterium ſibi heredem inſtituit. *c. in præſentia. de probat.*

Si idem eſſent codicilli & teſtamenta, cur diverſis nominibus nuncuparentur? *l.ſi idem.7.C.de codicil.*

Species

Species ex abundanti per imperitiam enumeratæ generali legato non derogant. *l. legata.9.D.de ſuppellecti.lega.*

Succedens in alterius locum, juſtam habet cauſam ignorantiæ.*l.qui.42.D.de div.reg.iur.c.cum quis.eod.in 6.*

Succedens in alicuius locum, non eſt æquum ei nocere hoc, quod adverſus eum nocuit, in cujus locum ſucceſſit. *l.invitus.156.D. de div.reg.iur.*

Succedens in jus vel dominium alterius, jure eius uti debet.*l.qui.177.D.de div.reg.iur.c. is qui.eod.in 6.*

Succeſſio pro oneribus portionis ſuæ reſpondet.*l.2.C.ad l.Iul.de vi publi.*

Succeſſores in contractibus ex dolo eorum quibus ſucceſſerunt, non tantum in id quod pervenit, verum etiam in ſolidum tenentur, hoc eſt, unuſquiſque pro ea parte qua heres eſt. *l.ad ea.157.§.2.D.de div. reg.iur.*

Superflua non nocent, ſed neceſſaria prætermiſſa imminuunt contractus, & teſtatoris officiunt voluntati. *l.teſtamentum.17.D. de teſtament.*

***

Tacite

T.

TAcite deficientium partes etiam invito adcreſcunt. *l qui ex.53. D. de adquir. vel amit. heredita.*

Temporis anguſtiæ legato nihil nocent. *l. ſi mihi.12.§.1.de legat.1.*

Tempus gratia promiſſoris in ſtipulationibus, in teſtamento pro herede, niſi alia mēs fuerit teſtatoris, adjicitur, *l. cum tempus.17.D.de div.reg.iur.*

Teſtamenti factio publici juris eſt. *l 3.D. qui teſtament.facer.poſ.*

Teſtamentorum jura per ſe firma eſſe oportet, non ex alieno arbitrio pendere. *l. illa. 32.D.de hered.inſtituend.*

Teſtamentum quamdiu poteſt valere, tamdiu legitimus non admittitur. *l quamdiu. 89.D.de div.reg iur.*

Teſtamenti verba fidem veri non perſtringunt. *l. verba 6.C.de teſtament.*

Teſtatoris voluntas legitima in omnibus dominatur. *l. cum quæſtio.23 C.de legat.*

Teſtamentum agnatione poſtumi rumpitur. *§. poſtumi.1 Inſt. de exheredat. liberor.*

Teſtamentum eſt inutile, in quo nemo heres inſtituitur *§. inprimis.2. Inſt. de fideicommiſ. hereditatib.*

Teſta-

Teſtamentum noviſſimum hominis immobile perſeverat, quia teſtatoris obitu confirmatur. *c. cum Martha. §. caterum. de celebrat. miſſar.*

Tutela quo redit, eo hereditas pervenit. *l. quo. 73. D. de div. reg. iur.*

V.

VEroſimile non eſt, conjunctum defuncti voluntatem ignoraſſe. *l. octavi. 9. D. unde cognati.*

Veſtigia voluntatis teſtatorum ſemper ſequimur. *l. quidam. 5. verſ. ſed antiquitatem. C. de neceſ. ſerv. hered. inſtit.*

Uni duo pro ſolido heredes eſſe non poſſunt. *l. quod 141. §. 2. D. de div. reg. iur.*

Voluntas hominis eſt ambulatoria uſque ad vitæ ſupremum exitum. *l. cum hic. 32. §. 3. in fi. D. de donat. inter vir. & uxor. l. 4. de adimend. legat.*

Voluntates ſunt magis in legandis ſuis rebus, quam in alienis comparandis & onerandis heredibus faciliores. *l. unum. 67. §. 8 de legat. 2.*

Voluntas hominis ſani pro jure legitimo debet haberi. *l. Lucius. 88. § fina. de legat. 2.*

Voluntas defuncti in cõditionibus primum locum obtinet, eaſque regit. *l. in conditionibus.*

Digitized by Google

nibus.19. in princ.D.de condicio. & demonſtrat.

Voluntas teſtantium non debet circumveniri. *l.ſi cui.92.D de condicio. & demonſtrat.*

Voluntates hominum variæ ſunt. *l.quia. 4. D.ad SCtum Trebell.*

Voluntates teſtantium in teſtamentis plenius interpretantur. *l.in teſtamentis.12, D. de div.reg.iur.*

Voluntatis defuncti quæſtio in æſtimatione judicis eſt. *l.7 C.de fideicom.*

Voluntas ultima defuncti modis omnibus ſervari debet *13.q.2.c.ultima.*

Voluntatem extremam qui in alterius diſpoſitionem committit, non videtur decedere inteſtatus. *c.cum tibi.de teſtam.*

Uti legavit quiſq; de ſua re, ita jus eſto. *Novel.22.de nupt.c.ſecundum vero.2.*

M CAPVT

Digitized by Google

CAPVT SEPTIMVM.

DE DELICTIS.

A.

ABſurdum eſt prædones ſecuros eſſe & beneficio. *l. non ſolum.13. D. de noxalib. actionib.*

Abſens in criminibus damnari non debet. *l. abſentem 5. D de pœn.*

Adulterium ſine dolo malo non committitur. *l. pen. D. ad l. Iul. de adulter.*

Adulterii damnati, non ſunt inter milites recipiendi. *l. 4. § 7. D. de re milita.*

Æquum eſt, ut immaniſſima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat. *l. quicunq. 8. § 5. C. de hæreti.*

Æſtimatio præteriti delicti nunquam creſcit ex poſtfacto. *l. omnis 138. § 1. D. de div. reg. iur.*

Ætate in delictis neminem excuſari conſtat. *l. 2. C. ſi adverſ. delict.*

Aliud eſt autorem fieri delicti, aliud pati delinquere. *l. 3. D. de noxalib. actionib.*

Amici vitia ſi feras, facis tua. *l. 9. in prin. D. ad l. Iul. de adulter.*

Amico

Amico rapere quippiam, furtum eſt. *12.q.2.c. amico.13.q.2.c. qui oblationes.* Eccleſiã vero fraudare ſacrilegium eſt. *d.c. qui oblation.*

Animal non poteſt injuriam facere, quod ſenſu caret. *l 1.§.3.D. ſi quadrup. pauper. fecis. dica.*

B.

BOnæ fidei contrarium eſt dolus. *l. ſi dolo. 5.C. de reſcind. vendi.*

Bonarum quippe mentium eſt, etiam ibi culpas ſuas agnoſcere, ubi culpa non eſt: quia ſæpe ſine culpa agitur, quod venit ex culpa. *c. ad eius. in fi. diſtinct. 5.*

C.

CAlculi ratione non maleficii heredes tenentur. *l. Sabinus. 29. D. de dol. ma.*

Calliditas ſua nemini prodeſſe debet. *l. ſed & 11.§ 1. in fi. D. ad exhibend.*

Calumnia facultatem ex principali majeſtate capi non oportet. *l. imperatorem. 91. D. de heredib. inſtituend.*

Calumnioſe petit, quem alius antecedit. *l. Paulus. 8. D. de ſtipulat prætor.*

Calumniantium impudens audacia eſt refrenanda. *l. omnes. 33. §. 8. C. de Epiſc. & Cler.*

Calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii. *l. fin. C. de accuſat. & l. fin. C. de calumniat. c. quiſquis. 2. q. 8.*

Certum eſt, quod is committit in legem, qui verba legis amplexus, contra ejus nititur voluntatem. *l. non dubium 5. C. de legib. c. certum eſt. de reg. iur. in 6.*

Creditor, ſi pignore utatur, furti tenetur. *l. 54. D. de furt.*

Creſcentibus delictis exaſperandæ ſunt pœnæ. *l. aut facta. 16. in fi. D. de pœn.*

Crimen confiteri videtur, qui paciſcitur. *l. 5. D. de his qui notant. infa.*

Crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt. *l. 26. D. de pœn. 1 q 4. c. crimen.* Nam unuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur; nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. *d. l. 26 de pœn.*

Crimen nullum patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non poteſt. *l. nullum. 109. D. de diverſ. reg. iur.*

Criminis alieni infortunio alium adſtringi durum eſt. *l. res uxoris. 24. C. de donat. inter vir. & uxor.*

Crimen contrahitur, ſi & voluntas nocendi intercedat. *l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicar.*

Crimen morte finitum eſt. *l. fin. C. ſi reus vel accuſat. mortu. fuer.*

Crimino-

Criminoſum unumquemque non dignitas, ſed pœna debet comitari. *l. ne quis. 38. C. de decurionib.*

Criminis ad reatum non pertinet cuius conſcientiam non habuit. 1. *q. 6. c ſicut.*

Crimen propter multitudinem tranſit inultum. *1. q. 7. c. quoties. 2.*

Crimen notorium nulla poteſt tergiverſatione celari. *c. tua nos. de cohabita. clerico.*

Committens contra legem, legis auxilium non debet invocare. *l. auxilium. 37. in fi. D. de minorib.*

Committere non debeo, quod ex officio alium prohibere teneor. *l. Altius. 15. D. ſi ſervit. vindi.*

Conditionis melioris non ſunt, qui deliquerunt. *l. 3. § 1. D. de donat. inter vir. & uxor.*

Conditionem ſuam ex ſuo delicto nemo meliorem facere poteſt. *l. non. 134. §. 1. D. de diverſ. reg. iur.*

Conditionem parem oportet eſſe eius, qui quid poſſideat vel habeat, atque eius, cujus dolo malo factum ſit, quo minus poſſideret vel haberet. *l. parem. 150. D. de diverſ. reg. iur.*

Conditionis levioris non ſit, qui vi rapit, quam qui clam amovet. *in princip. Inſt. de vi bonor. raptor.*

Digitized by Google

Conſenſui nihil tam contrarium eſt, ac qui bonæ fidei judicia ſuſtinet, quam vis atq; metus. *l. nihil.116. D. de diverſ.reg. iur. c. cum locum.de ſponſal.& matrimo.*

Conſilium corruptoris ad perniciem probitatis introductũ eſt. *l. ſi quis.20.C. de furt.*

Contumacia litis damno coërcetur. *l. contumacia.53.D.de re iudic.*

Contumacis pœnam non patitur, quem adverſa valetudo, vel majoris cauſæ occupatio defendit. *d.l.cõtumacia.§.1.D.de re iud.*

Contumax nõ videtur, qui ad majus auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruit. *l.contra.54.D.de re iudica.*

Contumacia cumulat pœnam. *l.relegati. 4. D.de pœn.*

Contumax non debet melioris conditionis exiſtere, quam obediens. *c.contingit.de dol. & contuma.*

Contumacia in manifeſta, manifeſta reputatur offenſa. *c.venerabilibus.§.ſecus. de ſentent.excommunicat.in 6.*

Contumelia creſcit ex perſona ejus, qui contumeliam fecit. *l.ſed ſi unius.17.§. quadam. 3.D.de iniur.*

Conventio ſeu diſpoſitio invitans aliquem ad delinquendum, ipſo jure nulla eſt. *l. illud convenire,5.D,de pact.dotalib.*

Corru-

Digitized by Google

Corruptus eſt, qui contemnit dominum. *l.15. D.de ſerv.corrupt.*
Cor dum tribulatione premitur, ad memoriam culpa revocatur. *c. Nervi.diſtinct.13.*
Culpæ reus eſt, qui per loca inſidioſa ſervum mittit. *l.qui petitorio.§ 1.D.de rei vendicat.*
Culpabilis eſt, qui prior percutit. *l ſi ex plagis. 52.§.1 ad l.Aquil.*
Culpæ reus eſt, qui opera malorum hominum utitur. *l. ſi quis abſentis.5.in fi. D.de obligat.& actionib §.fin.Inſt.de obligat. quæ ex delict naſ.*
Culpa lata eſt nimia negligentia: id eſt, non intelligere quod omnes intelligunt. *l.cedere.213.in fi.D.de verb.ſignif.*
Culpa magna dolus eſt. *l.magna 226. D.de verb.ſig.*
Culpa eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti. *l culpa.36.D. de diverſ.reg.iur c. non eſt.eod.in 6.*
Culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt. *l.culpa.50.D.de diverſ.reg.iur.*
Culpa nulla eius eſt, cui parere neceſſe ſit. *l.is.169.D.de diverſ.reg.iur.*
Culpabili diſſimulatione neſanda licētia nō corroboretur. *l.fin.in fi.C.de inceſt.nupt.*
Culpa ſimilis eſt, tam prohibita diſcere quā docere. *l.culpa.8.C.de maleſi.& mathemat.*

Culpa cum nõ exigitur, ſecundum rationem humilitatis æquales ſumus. *c. de Conſtantinopolitana: diſtinct. 22.*

Culpæ ſunt, in quibus culpa eſt relaxare vindictam. *c. quia ſunt. diſtinct. 28.*

Culpas qui corripere metuunt, incaſſum delinquentibus promiſſa ſecuritate blandiuntur. *c. ſit rector. diſtinct. 43.*

Culpa eſt ignorare, quod publice notum eſt. *c. 1. de poſtulat. prælator.*

Cuſtodia adverſus vim parum proficit. *l. ſi ea res. 31. D. de actionib. empt. & vendi.*

Cuſtodia, ne damnum injuria ab alio detur, conſequi non poteſt. *l. ſed de damno. 41. D. Locati.*

D.

DAmnum quod quis ex culpa ſua ſentit, non intelligitur damnum ſentire. *l. quod quis. 203. D. de diverſ. reg. iur. l. nec id. 15. D. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* & ſibi, non alii debet imputare. *c. damnum de reg. iur. in 6.*

Debitores negantes non oportet armata vi terreri. *l. negantes 9. C. de oblig. & actionib.*

Deceptis non decipientibus jura opitulantur. *l. 2. §. 3. D. ad SC. Velleia: c. cum univerſorum de rer. permuta.*

Deceptis

Deceptis ſine culpa ſua ſuccurri oportet. *l.divus.7.§.1.D.de in integ.reſtitut.*

Defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur.*l.3.C.ad l.Cornel.de ſicar.*

Dejicit & qui mandat. *l.hoc.152.§.1.D.de diverſ.reg.iur.*

Delictis in, minoribus non ſubvenitur.*l.ſi ex cauſa.9.D.de minorib.*

Delictum non modicum eſt, divertere à marito. *d.l.9.§.ſi mulier.3.D.de minorib.*

Delinquens in committendo gravius quam omittendo punitur. *l. Metrodorum.40.D. de pœn.*

Delictum nihil habet commune cum venia. *l.Papinianus.20.D.de minorib.*

Delictis nemo exuitur mutatione ſtatus. *l.2. §.nemo.3.D.de capit.diminut.*

Delinquentibus prætor non ſubvenit. *l.ſed etſi.26.§.6.D.ex quib. cauſ.maior.*

Deliquendi occaſio eſt tollenda. *l.1.§.1. D. Nautæ,Caupo.ſtabula.*

Delinquit nihil,qui domino obtemperat. *l. 2.§.1.D.de noxali actio.*

Delictum non debemus prȩſumere.*l.merito. 51.D.pro ſocio.*

Delictorum turpis atque fœda communio eſt.*l.quod autem.53.D.pro ſocio.*

Delinquere is dicitur, qui facit, quod facere

non debet,& qui omittit, quod non debet omittere *l.tutor qui repertorium.7. in prin. D.de adminiſt. & pericul.tutor.*

Delinquendo quis non fit pretioſior. *l.pretia. 63. D.ad l.Falcid.*

Delictum perſonam non egreditur. *l.ſi ſint tabulæ 4.D.de tabul.exhibend.*

Delicta plura in una re plures admittunt actiones. *l.plura 53.D.de obligat.& actionib.*

Delinquit non mediocriter, qui lenocinium in uxore exercuit. *l.mariti.29.§.qui.3.ad l. Iul. de adulter.*

Delicta conſiderantur, cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate & eventu. *l. aut facta.16.§.1 D.de pœn.*

Delictum unum eadem lege variis æſtimationib⁹ nõ coercetur. *l.ſanctio 41.D.de pœn.*

Delictum cum par eſt duorum, ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa. *l.2.D.ne quis eum qui in ius vocat. eſt, vt exi.l.cum par.154.D.de div.reg.iur.*

Delicti venia petentibus datur. *l.Manichæos. 4.§.6.C.de hæreti.*

Delinquentes ſeipſos pœnæ ſubiiciunt. *l. imperatores.34 D.de iur.fiſci.*

Delinquentes præter locum domicilii, & delicti commiſſi in quolibet etiam loco, in quo reperiuntur, conveniri poſſunt. *l.1.C. ubi de criminib.ag.oporte.*

Deli-

Delicto in æquali, ſimiles imminere pœnas juſtum eſt. *Novel. 127. ut fratrum filii. c. quia vero. 4.*

Delinquens alibi repertus, ad petitionem judicis ejus loci, ubi delictum patratum eſt, ad hunc ipſum judicem remitti debet. *Novel. ut nulli iudicum. 134. cap. 5.*

Delicto ſine carnali pauci inveniuntur. *cap. quia tua ſanctitas. diſtinct. 50.*

Delictum perſonæ in damnum eccleſiæ non eſt convertendum. *16. q. 6. c. ſi epiſcopum. c. delictum. de reg. iur. in 6.*

Diſſimulare illius nō debemus opprobriū, q. ꝓ nostra delevit. *c. in nōnullis. de Iudæis.*

Diuturnitas temporum non minuit peccatum, ſed auget. *c. non ſatis. de Simoni.* tantoque ſunt graviora crimina, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam. *c. non debet. in fi. de conſang. & affinitat. c. cum in eccleſia de Simoni.*

Dolus jus dicentis debet puniri. *l. 2. D. quod quiſq; iuris.*

Dolus cum dolo compenſatur. *l. ex hoc. 3. §. 3. D. de eo per quem factum eſt. l. 36. D. de dol. mal. l. 57 § 3. de contrahend. empt.*

Dolus ſi det cauſam contractui: nullus eſt ipſo jure contractus. *l. & eleganter. in princ. D. de dol. mal.*

Dolo-

Dolo ineſt fraus. *l. iurigentium. 7. §. ſed ſi fraudandi. 10. D. de pact.*

Dolus eſt, ſi quis nolit perſequi, quod perſequi poteſt: aut ſi quis non exegerit, quod exigere poteſt. *l. dolus. 44. D. mandati.*

Dolus adverſarii ſi dedit cauſam contractui, cõtrahens pœnitere poteſt, & quod dedit repetere. *l. cum. 60. §. mandavi. 4. D. locati.*

Dolus ex caſu ſupervenienti non purgatur. *l. Iulianus. 13. §. 14. D. de action. emt. & vend.*

Dolus commiſſus in faciendo non purgatur, licet res in priſtinum ſtatum reducatur. *l. 1. § ſi rem. 25. D. depoſi.*

Dolus autoris bonæ fidei emptori nõ nocet. *l. dolum. 3. C. de peric. & commod. rei vendit.*

Dolus regulariter non præſumitur, niſi probetur. *l. quoties. 18. §. 1. D. de probat.*

Dolus tutorum puero neq; nocere neq; prodeſſe debet. *l. dolus. 3. D. quando ex facto tutoris. l. neque. 198. D. de div. reg. iur.*

Dolo non caret, qui honore proprio omiſſo lucrum appetit. *l. Iulianus. 26. D. ſi quis omiſ. cauſa teſta.*

Dolus malus non tãtum in eo eſt, qui fallendi cauſa obſcure loquitur: ſed etiam qui inſidioſe obſcure diſſimulat. *l. ex qua 43. in fi. D. de contrahend. empt.*

Dolo facere non videtur, qui fraudem excludit.

Digitized by Google

cludit. *l. cum pater. 77. §. Titio. 31. in fi. de legat. 2.*

Dolo carent, qui de jure ſuo docere parati ſunt. *l. 3. §. ſi quis 5. D. quod vi aut clam.*

Dolo malo non videtur facere, qui ſuo jure utitur. *l. quod 3. § 2. D. de liber. homi. exhibend. l. nullus. 55. D. de diverſ. reg. iur.*

Dolo facit, qui petit, quod redditurus eſt. *l. dolo. 8. D. de dol. mali & met. except. l. 173. in fi D. de div. reg. iur. c. dolo facit. eod. in 6.*

Doloſus non eſt, qui putat dominum cõſenſurũ fuiſſe. *l. inter. 46. §. recte 7. D. de furt.*

Dolo qui deſiit poſſidere, pro poſſidente damnatur, quia pro poſſeſſione dolus eſt. *l. qui. 131. D. de div. reg. iur.*

Dolo qui fecit, quo minus haberet, pro eo habendus eſt, ac ſi haberet. *l. ad ea. 157. §. 1. D. de diverſ. reg. iur.*

Dolo non videtur exequi, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere. *l. qui. 177. §. 1. D. de div. reg. iur.*

Dolo carere non poteſt, qui imperio magiſtratus non paruit. *l. non poteſt. 199. D. de diverſ. reg. iur.*

Dolus volentibus non infertur. *l. cum donationis. 34. C. de tranſact.*

Dolum ex indiciis perſpicuis probari convenit. *l. dolum. 6. C. de dol.*

Dolus

Dolus dicitur delictum. *l.1.§.plane.14. D. de tutel. & rationib. diſtrahend. l. ſi ex cauſa 9. §. nunc videndum. 2. D. de minorib.*

Dolus eis, qui non ſunt in culpa, non debet imputari. *cap. ſi compromiſſarius. de elect. in 6.*

Dolo facit, qui contra tranſactionem expertus, amplius petit. *l. eleganter. 23. §. ſi quis. 3. D. de condict. indebi.*

E.

EBrietas omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt. *c. fin. diſtinct. 35.* & mentis inducit exilium, & libidinis provocat incentivum. *cap. à crapula. de vita & honeſta. clerico.*

Effractores nocturni atrociores ſunt. *l. 2. D. de effractorib.*

Eleemoſyna unius alterius peccatum non fiat *12. q. 2. c. iniuſtum.*

Emptoris dolus qualitate facti non quantitate pretii æſtimatur. *l. dolus 10. C. de reſcind. vendit.*

Errans in uno omnium dicitur reus, *l. etiam 111. de legat. 1.*

Ex cujus delicti principio conſilium delinquentis nemini obeſt, ſuffragio juſtæ pœnitentiæ abſolvitur. *l. qui falſam. 19. D. ad l. Cornel. de falſ.*

Faci-

F.

FAcinus par quos inquinat & æquat, utroſque ſimilis pœna comitetur. *l. ſi quemquam 31. in fi. C. de epiſco. & cler.* *15. q. 3. c. ſane.*

Facinora multa ſub uno violentiæ nomine cõtinentur. *l. quoniã. 6. C. ad l. Iul. de vi pub.*

Facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi. *23. q. 4. c. eſt iniuſta. c. ut clericorum. de vita & honeſta. clericor.*

Factum ſponte ſe præcipitantis, innocentis criminis periculum afferre non poteſt. *l. factum. 12. C. de accuſat. & inſcript.*

Fallaciis hominum occurrendum eſt. *l. 1. §. cauſa 2. D. de ædil. edi.*

Falſum non eſt, quod primordio veritatis adjuvatur. *l. cum filius. 76. §. heres. de legat. 2.*

Falſitas nihil aliud eſt quam veritatis immutatio. *Novel. 73. de inſtrum. caute. in præfat.*

Falſum approbare erroris eſt proprium. *cap. quamvis. diſtinct. 38.*

Fallacia omnis à veritate eſt penitus aliena. *c. in quadam. de celebrat. miſſar.*

Fœdus naturale nihil ſævi criminis exiſtimari permittit. *l. eum qui. 19. C. de epiſc. & cler.*

Fraude non caret, qui conventus teſtato perſeverat. *l. ait prætor. 10. §. ſi quis. 3. D. quæ in fraud. creditor.*

Fraus

Fraus non ex eventu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur. *l. fraudis.79. D. de diverſ.reg.iur.*

Fraudare nemo videtur eos, qui ſciunt & cõſentiunt. *l.nemo.145. D.de div.reg. iur.*

Fructum calliditatis ſuæ nemo percipiat. *l. ſi legatarius.25. C.de legat.*

Fugitivum habere non licet, furem autẽ habere poſſumus. *l. Iulianus.13.§.1. D. de actionib.empt. & vendi.*

Fur ſemper eſt in mora. *l.in re furtiva*, 8. *§.1. de condict.furti.*

Furta domeſtica ſi viliora ſunt, publice vindicanda non ſunt. *l. perſpiciendum.11. §. 1. D.de pœn.*

Furtum facit, cum quis indebitos nummos ſciens acceperit. *l.quoniam 18. D.de condict. furti.*

Furtum non tam in quantitate rei, quam in affectu furãtis cõſideratur. *14.q.6.c.hi qui.*

G.

GRavius longe eſt æternam quam temporalem offendere majeſtatem. *Auth. Gazaros. C.de hæreti.c.vergentis.eod.tit.*

Grave eſt exemplo ſic latronem requirere, ut innocentibus periçulum fiat. *l. 2.in fi.C.de his qui latrones.*

Homi-

H.

HOminem homini inſidiari nefas eſt. *l. ut vim.3.D.de iuſtit.& iur.*

Hominis eiuſdem de admiſſo, ſæpius non eſt quærendum. *l. licet.6.in fin.D.Nautæ, Caupo.Stabula.*

Homicida etſi certus ſit, tamē habenda quæſtio eſt, ut cædis mandator inveniatur. *l. etſi.6.D.de SCto Syllania.*

Homicida quod fecit, ſemper expectet. *l. nemo.3.C.de epiſcopa.audi.*

Homines à blaſphemiis & perjuriis penitus conquieſcant. *l. Alearum.3.in fi.C.de Aleatorib.*

Hominibus ad malitiā multæ ſunt viæ. *Novel.22.de nupt.cap.catera.15.§ ſi igitur.1.*

Honor non ſervatur ei, quæ in ſcelus meretricium ſe deduxit. *l.Senatoris.47.D.de rit.nuptiar.*

Honeſtus modus ſervandus eſt, non immoderata cujuſque luxuria ſequenda. *l.ex damni.40.D.de dam.infe.*

Humana natura quodammodo labitur ad delicta. *Novel.5.de Monach.cap.2.verſ.nequaquam.*

* * *

Impū-

CAPVT SEPTIMVM

I.

IMpunitas delicti propter ætatem non datur. *l. impunitas. 7. C. de pœn.*

In actu quolibet fraus & dolus intelligitur exceptus. *l creditor. 60 §. Lucius. 4. D. mandati.*

Incendia plerunque culpa inhabitantium fiunt. *l. 3. §. 1. D. de offic. præfect. vigil.*

Incendium ſine culpa fieri nō poteſt. *l. ſi vendita 11. D. de peric. & commod. rei vendi.*

In criminalibus non debemus uti emendicatis ſuffragiis. *l. ſinguli. 14. C. de accuſat. & inſcript.*

Indignum nimis eſt, nimis item impium, flagitiis præſidia quærere. *l legem. 7. in fi. C. de naturalib. liber.*

Indecēs eſt, ſuum crimen commodis alienis exercere. *c. ſicut non. diſtinct. 46.*

Indiciis ex perſpicuis facile arguitur iniquitas invaſoris. *c. paſtoralis. in fi. de cauſ. poſſeſ. & proprieta.*

In fraudem non latitat, qui ſi judiciū acciperet, abſolvi deberet. *l. eo tēpore. D. de pecul.*

Infelicius nihil eſt felicitate peccantium, quia pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut interior hoſtis roboratur. *23. q. 1. c. paratus, circa fi.*

Infir-

Infirmitas fœminarum, non calliditas auxilium demit. *l.2.§. 3. in fin. D. ad SCtum Velleia.*

Ingratitudo tollit debitum naturæ. *Novel. 22. de nupt. cap. optime vero. 27.*

Iniquum eſt, ex furto ſervi dominum locupletari impune. *l. licet. 3. § 12. D. de pecul.*

Iniquum eſt, ut alieno odio alius prægravetur. *l. ſi quis. 33. §. legis. 1. C. de inoffi. teſtam.*

Iniquum eſt ſępius de ejuſdem admiſſo queręre. *l. licet. 6. in fin. D. Naut. Caupo. Stabular.*

Injuria eſt marito, quondam uxorem eius inſepultam relinqui. *l. quod ſi. 28. D. de relig. & ſumptib. funer.*

Injuria quæ fit emptori, autorem non debet contingere. *l. ſi per imprudentiam. 51. in prin. D. de evict.*

Injuria ex affectu fit, damnum ex culpa. *l. qui ſervum 34. in prin. D. de obligat. & actionib. l. illud. §. 1. D. de iniur.*

Injuria non fit volenti. *l. 1. §. 5. in fi. D. de iniur.*

Injuria eſt atrocior quæ fit in conſpectu. *l. prætor. 7. in fi. D. de iniur.*

Injuria tanto major eſt, quanto à pluribus admiſſa eſt; & tot ſunt injuriæ, quot & perſonæ injuriam facientium. *l. ſi plures. 34. D. de iniur.*

Inju-

Injuriam facit judicio ſynodi reverendiſſimæ, ſi quis ſemel judicata ac recte diſpoſita, revolvere, & publice diſputare contenderit. *l. nemo. 4. C. de ſumma Trinit.*

Injuſta libidinum deſideria nulla de cætero venia defendet. *l. legem. 7. C. de naturalib. liber.*

Injuriarum non naſcatur occaſio, unde jura naſcuntur. *l. meminerint. 6. C. unde vi. c. qualiter & quando. de accuſat.*

Injuria eſt non habere heredem: nec eſt veroſimile, quem heredem nolle habere. §. 1. *& 2. Inſt. quib. ex cauſ. manumit. non li.*

Injuriam qui non repellit à ſocio, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quam ille, qui facit. 23. q. 3. *c. non inferenda.*

Injuriam facit martyri, qui orat pro martyre. *c. cum Martha. §. tertio loco. de celebrat. miſſar.*

In ipſo cauſæ initio non eſt à quæſtionibus inchoandum. *c. cum in. de reg. iur.*

In pari delicto vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis. *c. in pari. de reg. iur. in 6.*

Intereſt multum inter criminis reos, & fraudis participes. *l. ſi multi. 6. D. de publica. & vectigal.*

Intereſt multum, furem quis celet, an non indicet: qui novit, furti non tenetur: qui

celat

celat hoc ipſo tenetur. *l. qui vas 48. § 1. D. de furt.*

Intereſt multum cōtumeliæ cauſa quid fiat, an vero fieri quid in honorē alicujus quis non patiatur. *l. iniuriarum §. 4. D. de iniur.*

Intereſt non multum, quoad periculum animæ, injuſte detinere, ac invadere alienum. *c. ſæpe. de reſtitut ſpoliat.*

Introductum quod eſt latenter, per vim, aut aliter illicite, nulla debet ſtabilitate ſubſiſtere. *c. 4. de reg. iur.*

Ira etiam ſæpe innocentes in crimen adducit. *11. q. 3. c. ira etiam.*

Is non poteſt culpam ei imputare, qui ex ea lucrum ſentit. *l. cum. 78. §. 2. D. de iur. dot.*

Is qui jure publico utitur, non videtur injuriæ faciendæ cauſa hoc facere. *l. iniuriarum. 13. §. 1. D. de iniur.*

Jure ſuo nemo ſine ſua culpa privari vel fraudari debet. *c. diſcretionem. c. Iordana. de eo qui cognov. conſang. uxor. ſua vel ſponſ.*

Jus civile non oportet calumniari, neq; verba captari, ſed qua mente quid dicatur, animadvertere convenit. *l. ad exhibendum. 19. D. ad exhibend.*

Jus ſummum ſumma ſæpe injuria eſt. *l ſi ſervum. 91. §. ſequitur. 3. D. de verb. obligat.*

Juſtius eſt eum teneri, qui princeps fuit delicti,

ſti, quam eum quæri, ad quem res perlatæ ſunt. *l. in hoc 10. D. de ſerv. corrupt.*

Juſtitia nō poteſt cum ſcelerato homine habere cōmercium. *c. forus. in fin. de verb. ſig.*

L.

LAtro ſine receptatore diu latere non poteſt. *l. congruit. in princ. D. de offic. præſid. l. 1. D. de receptatorib.*

Leges vetant ob maritorum culpam uxores inquietari. *l. 2. C. ne ux. pro marit.*

Leges quæ perjuria puniunt, nō debent viam perjuriis aperire. *l. 2. C. de indict. viduit. tol.*

Leges futuris regulas imponere, non præteritis calumnias excitare debent. *l. diva. 65. in fi. C. de decurionib.*

Lenocinium facere nō minus eſt, quam corpore quæſtum exercere. *l. palam. 43 §. 6. D. de rit. nupt.*

Lenocinium mariti ipſum onerat, non maritum excuſat. *l. 2. §. ſi publico. D. ad l. Iul. de adulter.*

Liberalitatis cauſa à criminatione ſeparata eſt. *l ſi maritus. 10. C. de don. inter vir. & ux.*

Libido in culpa eſt, non uſus rerum. *cap. quisquis. diſtinct. 41.*

Lucrum ex perjurio nemini accedere concedatur. *l. fin. C. de reb. credit.*

Ludus

Ludus non poteſt appellari, ex quo crimina oriuntur. *de iur. docen. ratio § 9.*

Ludus noxius in culpa eſt. *l. nam. 10. D. ad l. Aquil.*

Lupanaria in multorum honeſtorum prædiis exercentur. *l. ancillarum. 27. D. de petit. heredita.*

M.

MAchinari licet contra hoſtem vel latronem. *l. 1. §. non fuit. 3. D. de dol. mal.*

Magis ubi exceditur, ibi eſt ſeverius vindicandum. *c. fin. de exceſſib. prælator.*

Majorum vitia ſucceſſorem cōcomitantur. *l. vitia. 11. C. de adquir. vel retinend. poſſeſ.*

Male meritus publice, ut exēplo aliis ad deterrēda maleficia ſit, etiā egeſtate laborare debet. *l. bona fides. 31. in fi. princ. D. depoſi.*

Maleficia non remaneant impunita. *l. ſi longius. 18. D. de iudiciis. l. 51. § 2. D. ad l. Aquil. l ſtichum. 95. §. 1. D. de ſolut. & liberat.*

Malitiis hominum non eſt indulgendum. *l. in fundo. 38. D de rei vendi. cap. ſignificante. qui matrimoni. accuſ. poſſ.*

Malitiam non oportet laudando augeri. *l. 1. §. 4. D. de ſerv. corrupt.*

Maleficia, volūtas & propoſitū delinquētis diſtin guit.

ſtinguit. *l. qui iniuria. 53. in prin. D. de furt. c. cum voluntate. de ſentent. excommunicat.*

Malitia ſupplet ætatem. *l. ſi alterius. 3. C. ſi minor ſe maior. dixer.*

Malæ fidei poſſeſſores omnes fructus ſolent cum ipſa re præſtare: bonæ fidei vero extantes: poſt litis conteſtationem autem univerſos. *l. certum. 22. C. de rei vendicat.*

Malignitate ex aliena alienum damnum non emergat. *l. ex libris. 12. C. de adquir. vel retinend. poſſeſ.*

Malæ fidei poſſeſſorem eſſe nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur. *l. quemadmodum. in fi. C. de agricol. & cenſit.*

Male adinventa, malæque conſuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa conſuetudine confirmātur. *Novel. 134. ut nulli iudi. cap. nunc vero. 1.*

Malum ubi contigit, ibi moriatur. *2. qu. 1. c. ſi peccaverit. in fi.*

Mala proximorum nemo prius præſumat credere, quam probare. *2. q. 1. c. Deus.*

Malum eſt cadere à propoſito, ſed pejus eſt ſimulare propoſitum. *22. q. 1. c. certe ego ſum.*

Malitia & dolus nulli patrocinari debet. *c. ex literis. de dol. & contuma. c. adverſus. de immunita. eccleſ.*

Malo-

Malorum mores infirmitas animi non excuſat. *l.1.C.ſi adverſ.delict.*

Malus ſemel, ſemper præſumitur eſſe malus. *c.ſemel.de reg.iur.in 6.*

Manifeſtæ turpitudinis & confeſſionis eſt, nolle nec jurare, nec jusjurandum referre. *l.38.D.de iureiur.*

Maritus propenſiore & majore dolore vindicat adulterium, quam pater. *l.2.§.ſi ſimul.8.D.ad l.Iul.de adulter.*

Mater omnibus ſimul filiis ſecundis nuptiis facit injuriam. *c.1. Novel.2. de non eligend. ſecund.nub.*

Melior eſt in malefactis humilis confeſſio, quam in bonis ſuperba gloriatio. *11.q.3.c. iniuſtum.*

Membrorum ex vicinitate, confœderatio intelligitur vitiorum. *diſtinct.44.in princip.*

Mendax precator careat penitus impetratis. *l.etſi.5.C.ſi contra ius vel utilitat.publi.*

Mendacium puniendum eſt. *l. in rem.D.de rei vendicat.*

Mendacium veritati præferri, nulla ratio patitur, nec æquum eſt, neque rationabili animali convenit, pacta conventa per improbationem adulterari. *Conſtitution. Leonis.19.*

Mendacium non ſolum in verbis, ſed etiam

Digitized by Google

in ſimulatis operibus eſſe probatur. *22. q. 5. c. ſi quis, in fi.*

Meretrix non turpiter accipit. *l. idem. 4. §. 3. D. de condict. ob turp. vel iniuſt. cauſ.*

Meretrices vitæ vilitas dignas legum obſervatione non credit. *l. quæ 29. in fi. C. ad l. Iul. de adulter.*

Meretrix eſt, quæ multorum libidini paret. *c. vidua. diſtinct. 34.*

Metus licet attenuet culpam, eam tamẽ non prorſus excludit. *c. ſacris. de his quæ vi metusve cauſ. fiu.*

Militia omnis vel ob injuriam propulſandam, vel propter vindictam inferendam eſt inſtituta. *23. q 1 c. 1.*

Militare non eſt delictum, ſed propter prædam militare, peccatum eſt. *23. q. 1. c. militare.*

Miſericordiam intempeſtive in re aliena exercere, dolus præſumptivus eſt. *l. ſi hominem. 7. in prin. D. depoſiti.*

Miſericordia indigni ſunt, qui alieno laborant vitio. *l. legem 7. C. de naturalib. liber.*

Mortalitate extinguitur crimen. *l. is qui. 11. ad l. Iul. Maieſta.*

Mulieribus hinc ſuccurrendum eſt, cum defendantur, non ut facilius calumnientur. *l. in eo. 110. in fi. C. de div. reg. iur.*

Mulie-

Mulierum infirmitati non calliditati cõſultum eſt, *l. ſi ſine, 5. C. ad SCtum Velleia.*

Municipes dolum facere non poſſunt. *l. ſed & §. 1. D. de dol. mal.*

N.

NAturale vitium eſt negligi quod communiter poſſidetur: utq; ſe nihil habere, qui nõ totum habeat, arbitretur: deniq; ſuam quoq; partẽ corrumpi patiatur, dum invidet alienæ. *l. meminimus. 2. verſ. naturale. C. quando & quib. quart. pars deb.*

Nec malitia lucroſa, nec ſimplicitas debet eſſe damnoſa. *l. 1. in prin. D. de dol. mal.*

Nec illicita perpetrare patimur, nec conſuetudines negamus. *c. quẽadmodum diſt 12.*

Negligentia in miniſtris eligendis eſt in culpa. *l. ſi ſervus. 27. §. ſi fornicarius. 9. D. ad l. Aquil.*

Negligentia diſſoluta prope dolum eſt. *l. ſi fideiuſſor. 29 in prin D mandati.*

Nemo debet ſuam negligentiam ad aliam injuriam referre *l. imperatores 3. in fi. princip. D. de tranſact.*

Nemo decipiatur propter iuſtiſſimam abſentiæ cauſam. *l, nec non. 28, in prin. D. ex quib. cauſ. maior.*

Nemo ſub alieni cõmodi emolumẽto perju-

rium anceps ſubire cogitur. *l.videamus.4. D.de in litem iur.*

Neminem damno atterat culpa temeritatis alienæ *l.meminerint.6.C.unde vi.*

Nemo debet de ſua malitia commodum reportare. *c. intelleximus de iudiciis.*

Nihil ad furtum minuendum facit, quod cujus ſit, ignoret. *l.falſus.43.§.4.D.de furt.*

Nihil intereſt occidat quis, an cauſam mortis præbeat. *l.nihil.15.D.ad l.Cornel.de ſicar.*

Nihil intereſt, an quis vi vel fallacia poteſtatem hoſtium evaſerit. *l.nihil.26. D. de captiv. & poſtlim.reverſ.* nec ſatis eſt corpore quem domum rediiſſe, ſi mente alienus eſt. *d.l.26.*

Non omnem adulterum vel furem licet occidere. *l.nec timorem.7.§.1.D.*q *met.cauſ.*

Non debet ignorantiæ maritorum, ampliſſimi ordinis conſulto fraus quæri. *l.ampliſſimi.4.C.de excuſat.tutor.*

Non eſt ſine vitio quod ignoſcitur. *c. nervi. diſtinct.13.*

Nõnulli ſunt, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent quæ increpare debuerant. *c.ſunt nonnulli, diſtinct.46.*

Non in ſeminibus, ſed in voluntate naſcentis cauſa vitiorum eſt atque virtutum. *c.naſci.diſtinct.56.*

Non

Non omnis qui aliter facturus quam promittit, in dolo jurat. *22.q.2.cap. animadvertendum.*

Non omnis qui falſum dicit, mentitur, ſic non omnis qui mentitur, falſum dicit. *22. q.2.c.homines.in fi.*

Non merentur eccleſias regere, qui ſunt crimine perjurii irretiti. *cap. querelam. de iureiur.*

Non tantum à malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtinendum eſt. *c. veniens. de eo qui cognov. conſang. uxor. ſu.*

Nullus parcat militi, cui obviare telo oporteat, ut latroni. *l.1.C. quando liceat unicuique ſine judi. ſe vindi.*

Nullis criminationibus implicanda ſunt remedia humanis quæſita corporibus. *l. eorum.4.C. de maleſi. & mathemati.*

Nulli fiducia eſt paſcere meretricem. *Novel. 14. de Lenonib. §. Sancimus.1.*

Nullus poteſt naturam ſic retinere, ut non peccet nihil, hoc enim proprium eſt ſolum Dei. *Novel.133. quomod. oporteat monach. c. oportet.5.*

Nullius crimen maculat neſcientem. *1.q.4. c. nullius.*

Nunquam de vitiis erubeſcamus parentum. *c. nunquam. diſtin.56.*

Digitized by Google

Nuptiarum ſacrilegos gladio puniri oportet. *l. quamvis. 30. §. 1. C. ad l. Iul. de adulter.*

O.

OBviare qui deſinit perverſis, cum poteſt, & non facit, videtur conſentire. *23. q. 3. c. final.*

Odio habeantur peccata, non homines. *cap. odio. diſtinct. 86.*

Officium publice fraudem afferre nõ debet. *l. inter eos. 33. §. 2. D. ex quib. cauſ. maior.*

Omne quod male poſſidetur, alienum eſt, male autem poſſidet, qui male utitur. *14. q. 4. c. qui dicam.*

Omnis qui male agit, odit lucem. *18. q. 2. cap. pernicioſam. c. conſuluit. de offic. & poteſta. iudi. delega.*

P.

PAlam delinquentes, ut errantes, majore pœna excuſantur, clam committentes, ut contumaces plectuntur. *l. final. in fi. D. de rit. nuptiar.*

Par affectionis cauſa, ſuſpicionem fraudis amovet. *l. non ſolum. 67 §. 1. D. de rit. nuptiar.*

Paria delicta mutua compenſatione tolluntur. *l. viro. 39. D. ſolut. matri.*

Par delictum eſt accuſatoris, prævaricatoris, & de-

Digitized by Google

& defugientis veritatis inquiſitionem. *l. de crimine.10.C. ad l iul. de adulter.*

Pater viliſſimus non debet filii ſui contumeliam ad ſuam vilitatem metiri. *l. ſed ſi.17. § interdum.13. D. de iniur.*

Patris nullum delictum innocenti filio pœnæ eſt. *l. qui.2. §. nullum.7. D. de decurionib.*

Patronus eſt turpitudinis, qui celat crimen uxoris. *c. quemadmodum. de iureiur.*

Peccans in uno omnium reus eſt. *l. quo naufragium.3. §. ſenatusconſultum.8. D. de incend. rui. naufrag. c. defleat de reg iur.*

Pejerare qui paratus eſt, antequam juret, jam perjurus eſſe videtur. *22. q.5. c. qui peierare.*

Peccata nocentiũ nota eſſe & oportet & expedit. *l. eum qui.18. in prin D. de iniur.*

Peccata ſuos teneant autores; nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum. *l Sancimus.22.C. de pœn.*

Peccator ſervus eſt peccati. *l. in quæſtione.13. §.2.C. de ſentent. paſ.*

Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit. *c. nec licuit. diſtinct.17.*

Peccatores quo ſe eſſe non credunt, eo quidem deterius peccatores fiunt. *c. vera. diſtinct.45.*

Peccatũ omne bonus Deus indulget, ſi quis ex toto corde pœniteat. *22. q.4. c. actione.*

Peccatorum venia ubi eſt poſtulanda, ibi peccandi non detur occaſio. *cap. 2. § ceſſent. de immunita. ecclеſ in 6.*

Peccati venia non datur niſi correcto. *c. peccati de reg. iur. in 6.*

Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum. *c. peccatum. de reg. iur. in 6.*

Perſecutio eorum, quæ ſcelere adquiſita probari poſſunt, fiſco competere poteſt. *l. Lucius 9. in fi. D. de iur. fiſci.*

Perindignum eſt, ob caſus humanos majorum ſucceſſione fraudari. *l. uni. C. de his qui ante apert. tab.*

Perſonæ viliori damnum famæ non eſt injuria. *l. 2. C. ut intra cert. temp. crimi qu. term.*

Perplexitas ſolvitur, dum ad virtutes maxime per commiſſa minora trãſitur. *c. nervi. in fi. diſtinct. 13.*

Perjurium tanto magis pœnale eſt, quanto ſanctius illud, per quod juratur. *22. q. 1. cap. movet te. in fi.*

Perjurus eſt, qui ſuper lapidem falſum jurat, non te audit lapis loquentem, ſed punit Deus te fallentem. *22. q. 5. c. ecce dico.*

Perjuri tanto gravius judicandi, quanto majori præeminent dignitate: & eorum exemplo facilius alii poterunt ad ſimilia provocari. *c. cum quidam. de iureiur.*

Perju-

Digitized by Google

Perjurus omni commodo & beneficio venit privandus.*l.ſi quis.41.C.de tranſactionib.*

Perjurium ſæpe contingit ex frequenti & incauta juratione.*c.etſi Chriſtus.de iureiur.*

Periculoſum eſt contra ſuum juramentum venire.*c.ex literis.de ſponſal.& matrimo.*

Peſſimum dedecus eſt viles habere cognatos. *l.unic.C.de SCto Claudia.*

Pietas gemina efficit, filium quem non habet in poteſtate, ſine dolo malo retineri. *l. quod 3.§.ſi eum.4.D.de liber.homi. exhib.*

Plus eſt hominem extinguere veneno, quam occidere gladio.*l.1.C.de Maleſi. & mathemat.*

Poſt pubertatem in pupillum dolus tutoris non transfertur. *l.Iulianus.13.§.7.D. de actionib.empt.*

Præſes provinciæ curet, malis hominibus provinciam purgare. *l. præſes. 3. & l.congruit.13.D.de offic. præſid.*

Præceptoris nimia ſævitia culpæ annumeratur.*l.6.ad l. Aquil.*

Prædo non eſt,qui pretium numeravit. *l.nemo.126.D.de div.reg.iur.*

Prædo eſt, qui fidem accommodavit non capaci. *l. prædonis. 46. D. de heredita. petit.*

Prædo melioris cōditionis quam bonæ fidei

 poſſeſ-

Digitized by Google

poſſeſſor eſſe non debet. *l. ſi à domino.* §. 3. *D. de petit. heredita.*

Prædo non eſt, qui dolo caret, quamvis in jure erret. *l. ſed et ſi. 25. §. ſcire ad ſe. 6. D. de petit. heredita.*

Prætextu humanæ fragilitatis delictũ decipientis in periculo homines innoxiũ eſſe non debet. *l. illicitas* 6. §. 7. *D. de off. præſid.*

Probrum natura non eſt, quod poteſt etiam in hominem idoneum incidere. *l. probrũ.* 42. *D. de verb. ſignif.*

Probat odiſſe ſe vitia, qui cõdemnat errãtes, nec reliquit ſibi locũ deviandi, qui nõ pepercerit excedenti, & primus innocentiæ gradus eſt, odiſſe nephanda, & latũ pandit delinquentibus aditum, qui jungit cum pravitate cõſenſum. *c. facientis. diſtinct.* 86.

Proclivis curſus eſt ad voluptatem, & imitatrix natura vitiorum. 20 *q. 3. c. proclivis.*

Procurator ad crimen judicii publici perſequendi fruſtra intervenit. *l. accuſatore.* 13. *D. de publi. iudi.*

Proditionis ꝓximũ eſt, barbaros, quos indigere cõvenit, telis eos, ut validiores reddãtur, inſtruere. *l. 2. C. q̃ res exportar. non deb.*

Propria prius ſunt corrigenda, & tunc aliena reprehendenda. *3. q. 7. c. qui ſine.*

Promiſſis in malis reſcinde fidẽ, in turpi voto

muta

muta decretum, quod incaute voviſti, ne facias: impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur. 22. *q*. 4. *c. in malis.*

Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere. *c. pro poſſeſſore. de reg. iur. in 6.*

Provocans ſine dolo malo ad judicium, non videtur moram facere. *l. qui ſine. 63. D. de div. reg. iur.*

Pudicitię qui poſſunt inſidiari, evitandi ſunt. *l. ſi diſceptetur. 5. D. ubi pupil. educ. vel morar. debea.*

Pupilli qui prope pubertatem ſunt, doli ſunt capaces. *l. apud. 4. §. de dol. 26. D. de dol. mal. & met. excep. l. pupillũ. 111. D. de div. reg. iur.*

Q.

Quæratur prius de vi, quam de proprietate. *l ſi de vi. 37. D. de iudiciis.*

Quædam quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, ignoſcuntur ſervis, ſi vel dominis, vel his qui vice dominorum ſunt, obtemperaverint. *l. is qui. 11. §. an. 7. D. quod vi aut clam.*

Quæ contra fas geſta ſunt, fructum calliditatis obtinere non poſſunt. *l. dubium. 3. C. de repud.*

Quid obfuit conatus, cum injuria nullũ habuit effectum? *l. 1. in fi. D. quod quiſq; iuris.*

Qui

Qui vim facit, dolo malo facit, non tamen qui dolo malo facit, utique & vi facit. *l. præter. 2. §. doli mali. 8. D. vi bono. rapt.*

Quis leges contemni putat, niſi qui impunitum ſibi tantum æſtimet tranſire commiſſum? *c. quis autem. diſtinct.* 10.

Quid eſt communicare peccatis alienis, niſi talem effici ordinantem, qualis ille eſt, qui non meruit ordinari. *c. quid eſt. diſtinct. 78.*

Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat animi commiſſum. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio cito, ne poſtea emendare non poſſis, cum dehoneſtaveris amicũ tuum. *5. q. 5. c. qui ambulat.*

Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. 11. *q. 3. c. qui reſiſtit.*

Quicquid ab invito ſumitur, non injurioſe aufertur. *14. q. 5. c. non ſane.*

Quod quis benigne contulit, fraudis conſilio non revocet. *l. 62. in fi. D. de ædilit. edict.*

Quod ex levitate procedit, contemnendum eſt; quod ex inſania, miſeratione digniſſimum; quod ab injuria, remittendum eſt. *l. uni. C. ſi quis imperat. maledix.*

Quomodo poteſt præſes eccleſiæ auferre malum, qui in delictum ſimile corruerit. *cap. primum. diſtinct. 25.*

Rapi

Digitized by Google

R.

RApi aliud eſt, aliud amoveri. *l. quo.3 §. aliud.5. D. de incend. rui. nauf.*

Rapere & rapta ſervare raptori, idem eſt. *l. crimen.9. C. ad l. Iul. de vi publi.*

Raptores ab homicidii crimine non ſint vacui. *l. unic. in prin. C. de rapt. virgi.*

Reatus omnem excludit honorem. *l.1. C. ubi ſenatores vel clariſſimi.*

Ream linguam non facit, niſi rea mens. *22. q.2 c. homines.*

Receptores non minus delinquunt, quam adgreſſores. *l quo.3 §. non tantum.3. D. de incend. rui. naufrag.*

Religionem in divinam quod committitur, in omnium fertur injuriam. *l. Manichaos, 4. C. de hareti. & manich.*

Rem ſuam nemo niſi furi condicere poteſt. *l. fina. infi. D. uſufr. quemad. cavea.*

Remiſſio peccati non dat licentiam delinquendi. *1. q.7. c. exigunt.*

Replicatio doli non datur, adverſus doli exceptionem. *l. apud.4 §. Marcellus.13. D. de dol. mal. & met. except.*

Res non ſunt quæ delinquunt, ſed qui res poſſident. *Novel.17. de mandat. princip. c. oportet.12.*

Res

Res pene contra naturam eſt, ut ſine peccato aliquis ſit. *c. unum orarium, diſtinct. 25.*

Reus non relatione criminum ſed innocentia purgetur. *l. ſi qui. 5. D. de publi. iudi.*

S.

SAcrilegium committitur, auferendo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro, ſive ſacrum de non ſacro 17. *quaſt. 4. c. quiſquis.*

Sævitia, quæ in propriis culpanda eſt, in alienis coercenda eſt. *l. ſi conſtante. 24. § 5. in fi. D. ſolut. matrimo.*

Scelere ex alieno quem ditari prohibent. *l. unic. C. ex delict. defunct.*

Scienti & conſentienti non fit injuria neque dolus. *c. ſcienti. de reg. iur. in 6.*

Secundum gradum dignitatis, vitæque honeſtatem creſcit ac minuitur æſtimatio injuriæ. *§. pœna. a. Inſt. de iniur.*

Servus in facinoribus domini dicto audiens eſſe non debet. *l. ſi mulier. 21. D. de action. rer. amot.*

Simile eſt rapinæ, ſi quis inventa non reddat. 14. *q. 5. c. multi ſine.*

Socii delictum ſocio nocet. *l. ſi is. 20. D. commun. dividund.*

Societas nulla maleficiorum, vel communicatio

Digitized by Google

catio juſta damni ex maleficio eſt. *l.1.§.plane.14.D.de tutel.& rationib.diſtrahend.*

Societatis occultæ ſcrupulo non caret, qui manifeſto facinori deſinit obviare. *c. errori.diſtinct.83.c.facientis.diſtinct.86.*

Sub ſpecie liciti non fiat illicitum. *l illicitas. 6.§.3.D.de offic.præſid.*

Sunt qui incãtatores ſibi ꝓfuiſſe cũ prędicatione adfirmẽt. *l.1.§.3.D. de extraor. cognit.*

Suum qui recipit, nullam videtur fraudem facere, hoc eſt, is, qui quod ſibi debetur, recepit. *l. quod autem. 6.§. apud Labeonem.6. D. quæ in fraud. creditor.*

Suum proſequi non eſt aliena rapere. *13.q.1. c.eccleſias.§.ad hæc callida.*

T.

TEmeritas facilitatis veniam continet, & inconſultus calor calumniæ vitio caret. *l.1.§.queri 5.D. ad SCtum Turp.*

Temeritas ſua nemini ſit lucroſa. *l omnes.33. §.8.C.de epiſcop.& cleri.*

Tenebræ ad falſum fabricandum aptiores ſunt. *l.1.§.10. verſ.tria lumina. D. de inſpiciend.vent.*

Tutor etſi quid dolo fecerit, in pupillum tamen datur actio. *l. 1.§. hoc edicto.6. D. ne vis fiat ei qui in poſſeſ.miſ.erit.*

Tuto-

Tutorem ex delicto ſuo teneri æquum eſt, non pupillum. *l. pen. D. de tabul. exhibend.*

V.

VAgari in crimine non convenit. *l. item exigit. 16. D. de dol. mal.*

Verbis turpibus qui utitur, non tentat pudicitiam, ſed injuriarum tenetur. *l. item. 15. § qui. 21. D. de iniur.*

Vi fit, quod prohibitus quis facit. *l. quo. §. 73. vi. 2. D. de div. reg. iur.*

Vim vi defendere omnes leges omniaq; jura permittunt. *l. ſcientiam 45. §. 4. D. ad l. Aquil. l. 1. §. vim 27. D. de vi & vi arma. c. ſignificaſti. de homicid.*

Vim facere non videtur, qui jure ſuo utitur, & ordinaria actione experitur. *l factum. 155. §. 1. D. de div. reg. iur.*

Vindicare ſe licet. *l. 2. §. 5. in fi. D. de iudiciis.*

Vinum ita bibere permittimur, ut ebrietatem omnino fugiamus. *c. deniq; diſtinct. 4.*

Vino nimio qui indulgent, neſciunt quid loquãtur, jacent ſepulti, ideoq; ſi per vicium deliquerint, acta donantur, ſed levitatis damnantur autores. *15. q. 1. c. ſane.*

Vi pulſos reſtituendos eſſe notorium eſt. *l. vi pulſos. 2 C. unde vi.*

Viris bonis metus ſtupri major, quam mortis eſſe debet. *l. iſti quidem. 8. §. 2. D. quod met. cauſ.*

Virgi-

Digitized by Google

Virginitas vel caſtitas corrupta reſtitui non poteſt. *l.unic.in prin.C.de rapt.virgi.*

Vis fit nõ ſolum per vulnera: ſed quoties aliquis id, ꝙ deberi ſibi putat, non per judicem repoſcit. *l.extat.13.D.quod met. cauſ.*

Vitia priorum cenſuum, editis novis profeſſionibus evaneſcunt. *l.2.D.de cenſib.*

Vitioſum quod initio eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere. *l. quod. 29. D. de div.reg.iur.*

Vitii prioris materia non eſt relinquenda. *l. unic. C. ut action. & ab heredib. & contra hered.incip.*

Vitium quod ex una radice naſcitur, unica lege tollitur. *l ſi libertam.28.in fi.C.de nupt.*

Vitium paternum refrenandum eſt. *l. cuidam.12.C.de naturalib.liber.*

Vitium alienæ ceſſationis ad diſpendium alterius pertinere, juris ratio non patitur. *l. 1.C.de dividen.tutel.*

Vitia ſæpe ſe ingerunt, & ſe eſſe virtutes mẽtiuntur. *c.ſæpe.diſtinct.41.*

Voluntas in maleficiis ſpectatur, non exitus. *l.divus.14.D.ad l.Cornel.de ſicar.*

Voluptas carnis non dolor in culpa eſt. *c.cum enixa.diſtinct.5.*

* * *

CAPVT.

CAPVT OCTAVVM.

DE POENIS.

B.

BEne ſi docueris & male vixeris, tui ſolius condemnator eris. *cap. multi. diſtinct.* 40.

Benignior interpretatio in pœnis eſt facienda. *c. in pœnis. de reg. iur. in* 6. *l. factum.* 155. §. 1. *D. eod. tit.*

G.

CArcer ad continendos homines non ad puniendos haberi debet. *l. aut.* 8. §. *ſolent* 9. *D. de pœn.*

Carcer eſt mala manſio. *l. ſi hominem. in prin. D. depoſiti.*

Carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum eſt. *l. nemo.* 2. *C. de exactorib. tributor.*

Cauſa in præteritum, pœna in futurum confertur. *l. ſi ita.* 12. *D. de condit. & demõſtrat.*

Cogitationis pœnam nemo patitur. *l.* 18. *D. de pœn.*

Coitus nefarios pœnis corrigi, non proemiis honorari convenit. *Novel.* 143. *de muliere rapt. paſ. circa fi.*

Conde-

Digitized by Google

Condemnare qui poteſt, nemo abſolvere non poteſt. *l.nemo.37.D.de diverſ.reg.iur. l.qui.3.D.de re iudi.*

D.

DIes primus paſchalis ubi extiterit, nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula diſſolvantur. *l.nemo.3.C.de epiſcopal.audient.*

Dignum eſt, qui in pluribus præſumit offendere, pœna multiplici caſtigetur. *c.1.in fin. de ſentent. & re iudica.in 6.*

Dominus cũ occiditur, familia ei auxilium omnibus modis ferre debet, quod ſi cum poſſet, non tulerit, merito de ea ſupplicium ſumitur. *l. cum dominus. 19. D. de SCto Syllania.*

Durum eſt, in ultro venientem, pœnam ſtatuere. *l.res.22.§. pen.D.de iur.fiſci.*

E.

EGeſtate perpetua ſordentibus, mors eſt ſolatium, & vita ſupplicium. *l. quisquis.5.§.1.in fi.C.ad l.Iul.Maieſta.*

Ei, qui mori timuit pro domino, non ignoſcitur. *l.1.§.iuxta hoc, 28. D. de SCto Sillania.*

Etſi homines effectu ſceleris potiri non poſſunt, propter voluntatẽ tamen pernicioſæ

mentis

mentis extra ordinem puniuntur. *l.1.D de extraord.criminib.*

Expedit timere furti vel injuriarum pœnam. *l.ſi unus.27.§.4.D.de pact.*

F.

FActo ex eodem non debet quis pœnam & prœmium reportare. *l.ſive hereditaria.22.D.de negot.geſt.*

Factum quod legitime eſt, nullā pœnam meretur. *l.Gracchus.4.C.ad l.Iul.de adulter.*

Facientem & conſentientem par pœna conſtringit. *1.q.1.c.notum.in fi.*

Famoſi ſeverius, quam integræ famæ homines puniuntur. *l.28 in fi.D.de pœn.*

Fere in omnibus pœnalibus judiciis & ætati & imprudentiæ ſuccurritur. *l.fere.108. D. de div.reg.iur.*

Fidem rumpens ſocietatis infamis eſt. *l.22. C.ex quib.cauſ.infa.irrog.*

Fiſcalium pœnarum petitio creditorib. poſtponitur. *l.in ſumma 17.D.de iur.fiſci.*

Fuſtium ictus ſolus gravior eſt, quam pecuniaria damnatio. *l.in ſervorum.10.in fi. D. de pœn.*

H.

HOminis naturam qui non erubuit, dignus eſt & pecuniis & gloria, & aliis omni-

omnibus condemnari. *Novel. 60. ut defuncti ſeu funera. cap. ſancimus. 1.*

I.

IMpuberes non torqueantur, terreri tamen ſolent: & habena vel ferula cædi. *l. 1. §. impuberi 33. D. de SCto Syllan.*

Impunitum eſt, quod infans vel furioſus perdit vel corrumpit. *l. quod infans. 60. D. de rei vendi.*

Incipiendum non eſt à tormentis. *l. 1. in prin. D. de quæſtionib.*

Incipiendum eſt à ſuſpectiſſimo, & à quo facilime poſſe verum ſcire judex crediderit: *l. 1. §. 2. D. de quæſtionib.*

Indignum eſt, ut ultionem pudoris præſtigiæ verſuti juris excludant *l. 28. C. ad l. Iul. de adulter.*

Induſtria pœnas deſidiæ ſolvere non debet. *l. fin. C. depoſi.*

Infamia quæ tibi abominanda eſt, non etiam amiſſionis oculorum caſus, quæſitum tibi adimit honorē. *l. infamia. 8. C. de decurion.*

Infames ſunt, qui in patres armantur, & qui doctorum ſuorum vitam reprehendunt. *2. q. 7. c. plerunq;. prope fi.*

Infamis procurator eſſe non poteſt. *3. q. 7. c. infamis.*

Infami-

Infamibus portæ non pateant dignitatum. *c. infamibus de reg. iur in 6.*

Injuſtitiam ubi fecit, ibi quoque pœnas ſubeat delictorum. *Novel. 8. ut iudices ſine quoque ſuffrag. cap. 8. eos autem. in fi.*

In pœnam ſuã & in aliorum, reus coercetur, exemplum. *l. quicunq; . 8. §. 3. C. de hæreti.*

Juſtius multo eſt, minorem pro patre audire, quam patrem indefenſum condemnare. *l. exigendi 12. C. de procuratorib.*

L.

Liberam, quæ prægnans ultimo ſupplicio damnata eſt; ſolitum eſt ſervari, dum partum ederet. *l. imperator. 18. D. de ſtatu homi.*

Liberalitatis ſuæ donator pœnam non patitur. *l. ad res. 62. D. de ædilit. edi.*

Liberorum portiones non augentur ex his, quæ per flagitium damnatus adquiſivit. *l. cum. 7. §. præterea. 4. D. de bon. damnator.*

Liberalitate ex ſua qui conveniuntur, in id, quod facere poſſunt, condemnantur. *l. divus. 28. D de div. reg. iur.*

Locorum invaſor pœna teneatur legitima. *l. invaſor. 5 C. unde vi.*

Lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum nõ eſt. *l. famoſi. 7. D. ad l. Iul. maieſta.*

Melius

M.

MElius eſt pro veritate ſupplicium pati, quam pro adulatione beneficium. *c. nemo peritorum 11. q. 3.*

Mulctam, quæ ex præſentibus facultatibus exigi non poteſt, neceſſitate ſolutionis præſes moderetur. *l. illicitas. 6. §. 9. D. de offic. præſid.*

Mulcta propter inopiam remiſſa exigi non debet. *d. l illicitas. in fi. D. de offic. præſid.*

Mulcta damnum famæ non irrogat. *l. 1. C. de modo mulctar.*

N.

NEgligentia, dum ſpem impunitatis promittit, multam nutrire peſtilentiam conſuevit. *Clem. gravi. de celebrat. miſſar.*

Nemo impunitam fore noverit licentiã mẽtiendi. *l. accuſationis. 17. C. de accuſat. l. fin. C. de calumniatorib. 2. q. 8. c. quiſquis.*

Non pœnæ feſtinatione, ſed præveniendi periculi cauſa interdum punitio moram nõ recipit. *d. ſi quis. 6. § quid tamen 9. in fi. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſta.*

Nullum judicetis ſuſpicionis arbitrio. *c. 2. q. 1. c. primo ſemper.*

Pater

CAPVT OCTAVVM

P.

Pater filium ad ſupplicium offerre non videtur. *l. milites 19. §. fin. D. de re milit.*

Pater caſtigare filium jure patriæ poteſtatis non prohibetur. *l. ſi filius. 3. C. de patria poteſta.*

Paterno debent perire ſupplicio, in quibus paterni criminis exempla metuuntur. *l. quiſquis. 5. §. 1. C. ad l. Iul. Maieſta.*

Patria cui interdictum eſt, etiam urbe abſtinere debet. *l. relegatorum. 7. §. conſtitutum. 15. D. de interdict. & relegat.*

Pedagiorum exactiones tam jure canonico, quam civili regulariter merito ſunt damnatæ. *c. quanquam, de cenſib. in 6.*

Perſonæ infames nullis honoribus uti poſſunt. *l. uni. C. de infamib.*

Plerique dum torquentur, deficere ſolent. *l. aut. 8. § 3. D. de pœn.*

Pœna de promiſſa laborandum non eſt poſt negotium tranſactum. *l. 2. in prin. D. ſi quis cautionib.*

Pœna gravior exiſtimationem conſervat. *l. quid ergo. 12. §. 7. D. de his qui notant. infa.*

Pœna ſemel tantum committitur. *l. ſi duo. 34. §. fin. D. de recept. qui arbitrium.*

Pœnæ

Digitized by Google

Pœnæ non ſolent repeti, cum depenſæ ſunt. *l.42.D.de condict. indebi.*

Pœnæ non irrogatæ indignatio ſolam duritiem continet. *l. ſervus.7. in fi.D. de ſerv. exportand.*

Pœnam pro uſuris ſtipulari nemo ſupra modum uſurarum licite poteſt. *l.44. D. de uſur.*

Pœna unius, alteri non ſit præmium. *l.ſi ſequens.15. D.de SCto ſilania.*

Pœna conſtituitur in emendationem hominum, quæ mortuo eo, in quem conſtitui videtur, deſinit. *l.ſi de pœna.20.D. de pœn.*

Pœnis legum contenti eſſe debemus. *l.ſi ſtipulatio.19.D.de verb.obligat.*

Pœnas ob maleficia ſolvi, magna ratio ſuadet. *l.ſi à reo.70.§.Id.5.D.de fideiuſſorib.*

Pœnæ hodie ſunt arbitrariæ. *l.Hodie 13.D.de pœn.*

Pœnæ molliendæ ſunt potius, quam aſperandæ *l.interpretatione.42.D.de pœn.*

Pœna etiam poſt mortem manet. *l.2. D.de cadaverib. punitor.*

Pœna capitalis remittenda eſt per vinum aut laſciviam lapſis. *l.omne delictum.6.§.7. D.re milita.*

Pœna multo magis digni ſunt, quibus cum plurimum honoris per noſtrã juſſionem

O delatum

delatum eſt, occulto inveniuntur in crimine. *l. presbyteri. 8. C. de Epiſcopis & cleri.*

Pœna gravis eſt, verſari inter homines, & hominum carere ſuffragiis. *l. hi. 3. C. de Apoſtat.*

Pœna cum delicto eſt commenſuranda. *l. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſorib.*

Pœna velox, aut convictos ſubducat, aut liberandos cuſtodia diuturna non maceret. *l. fin. C. de cuſtod. reor.*

Pœna unius metus ſit multorum. *l. 1. C. ad l. Iul. repetundar.*

Pœnam non facile remitti, publice intereſt. *l. ſi operis. 14. C. de pœn.*

Pœna ibi fit, ubi & noxia eſt. *l. ſancimus. 22. C. de pœn.*

Pœna gravior conſtituenda eſt in hos, qui noſtri iuris ſunt, & noſtra debent cuſtodire mandata. *l. uni. C. de conductorib.*

Pœna una Judex à principio ſit contentus. *c. quoniam. in fi. ut lite non conteſta.*

Pœnæ nomine quod à quoquo exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur. *l. quod. 46. D. de div. reg. iur.*

Pœnam offendentis decet metiri ex dignitate offenſi, *Clem. 1. §. nec ſuper. de pœn.*

Præteriti facti pœna præſtanda eſt, nec cogitur

tur quis debitorem latitantem exhibere. *l. fin. §. 2 & 3. D. de liber. homi. exhibend.*

Promiſſum in carcere non debetur. *l. qui in carcerem 22. D quod met. cauſ.*

Provocationis remedio, condemnationis extinguitur pronunciatio. *l. 1. in fin. D. ad SCtum Turpil.*

Provocare permittitur ei, qui ad ſupplicium ducitur. *l. non tantum. 6. D. de appellat.*

Provocatio de pœna non eſt; ſed de mulcta. *l. ſi qua. 244. D. de verb ſignif.*

Puniri quis debet in eo, in quo delinquit. *c. immunitatem. de immunita. Eccleſ.*

Puniendus nemo eſt ſine culpa, niſi ſubſit cauſa. *c. ſine culpa. de reg. iur. in 6.*

Q.

QUæſtio facti in arbitrio judicantis eſt, pœnæ vero perſecutio non ejus voluntati mandatur, ſed legis autoritati reſervatur. *l. 1. §. 1. quorum. D ad SCtum Turpil. l. ordine. 15. ad municipal.*

Quæſtioni fidem non ſemper, nec tamẽ nunquam habendam conſtitutionibus declaratur, etenim res eſt fragilis & periculoſa, & quæ veritatẽ fallat. *l. 1 §. 23. D. de quæſt.*

Quos ad vitæ decora, domeſticæ laudis exẽpla non provocãt, ſaltẽ correctionis medicina compellat, *l. uni. C. de emendat. propin.*

Quod præcipitur, imperatur, quod imperatur, neceſſe eſt fieri, ſi non fiat, pœnam habet. *14.q.1.c.quod pracipitur.*

R.

Ratio in condemnatione perſonarũ habenda eſt, ne egeant. *l in condemnatione.173 in prin. D.de div.reg.iur.*

Rem ſuam perſequentibus exactio poſtponitur. *l.unic.C.pœn.fiſcal.creditor.præfer.*

Reus evidentioribus argumentis oppreſſus repeti in quæſtionem poteſt. *l. unius 18.§.1.D.de quaſtionib.*

S.

Satius eſt impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare. *l.abſentem,5.D.de pœn.*

Si quis diutino tempore in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius ſublevanda erit: ſic etiam conſtitutum eſt, non eodem modo puniendos eos, qui longo tempore in reatu agunt, quam eos, qui in recenti ſententiam accipiunt. *l.ſi diutino 25.D.de pœn.*

Stultus quicunque eſt in culpa, ſapiens erit in pœna. *c.qui ea.diſtinct.38.*

Sufficit ad impediendam repetitionem, quod quis ſe putat condemnatum. *l. cum putarem.36, D.famil.erciſ.*

Suppli-

Digitized by Google

Supplicium ultimum eſſe mortem ſolam interpretamur. *l. 21. D. de pœn.*

T.

TImor divinus quos à malo non revocat, temporalis ſaltem pœna cohibeat à peccato. *c. ut clericorum. de vit. & honeſtate clericor.*

V.

VNuſquiſque doli ſui pœnam ſufferat. *l. ſi ex is. D. de tutel & ratio. diſtrah.*

Voluntatem ſceleris eadem ſeveritate, qua effectum, puniri jura volunt. *l. quiſquis. 5. C. ad l. Iul. maieſta.*

Digitized by Google

CAPVT NONVM.

DE PROCESSV ET HOMINIbus atq; rebus ad iudicium pertinentibus.

A.

ABſentia litigatoris DEI præſentia replètur. *l. properandum.13. §. cum autem. 4. C. de iudiciis.*

Abſurdum & crudele eſt, ibi judicium ſanguinis exerceri, ubi eſt tutela refugii conſtituta. *c. cum Eccleſia. de immunita. Eccleſ.*

Accuſator idoneus non eſt, qui nondum eſt robuſtæ ætatis. *l. ſi maritus. 15. §. lex. 6. D. ad l. Iul. de adulter.*

Accuſatio cognoſcentis autoritate, non accuſantis voluntate aboleri debet. *l. 1. §. accuſationem. 10 D. ad SCtum Turpil.*

Accuſator non debet initium probationum de domo rei ſumere. *l. de minore. 10. §. nec. 4. D. de quæſtion. ib.*

Accuſatorem qui non habet, non debet honoribus

Digitized by Google

noribus prohiberi. *l. reſcripto. 6. §. ſi quis. 2. D. de munerib. & honorib.*

Accuſare qui volunt, probationes habere debent: cum neque juris, neque æquitatis ratio permittat, ut alienorum inſtrumentorum inſpiciendorum poteſtas fieri debeat. *l. qui accuſare. 4. C. de edend.*

Accuſatores cuncti probationibus luce clarioribus uti debent. *l. fin. C. de probat.*

Accuſatus non negationes ſed exceptiones probare debet. *c. quod autem. 6. q. 5.*

Actor eſt, qui ad judicium provocat. *l. 2. in fi. D. commu. divid.*

Actor ſequitur forum rei. *l. 2. C. de iurisd. omni. iudi.*

Actoris & rei eadem eſt conditio, & uno codemque jure debet uterque cenſeri. *c. 2. de mutui. petitionib.*

Actori non debet licere, quod reo non permittitur. *l. non debet. 41. D. de diverſ. reg. iur.*

Actore non probante, qui convenitur, etſi nihil ipſe præſtat, obtinebit. *l. qui accuſare. 4. de eden.*

Actus judicialis potentior eſt extrajudiciali. *l. pacta noviſſima 12. C. de pact.*

Digitized by Google

Ad arbitros itur, non differendarum litium cauſa, ſed tollendarum. *l. quamvis 37. D. de recept. qui arbitrium, &c.*

Adeundi facultas ſemper accipitur, ſi Judex in publico ſui copiam fecerit. *c 2. qu. 6. c. biduum.*

Æquius & melius quod eſt, id debet judicari. *de concept. Digeſt. §. 6.*

Æqualitatem litigatoribus volumus ſervari. *l. in ſacris 12. §. 4. C. de proxi ſacror. ſcrinior.*

Agens certus eſſe debet: cum ſit in poteſtate ejus, quando velit experiri: & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere. *l. qui. 42. D. de diverſ. reg. iur.*

Agere nemo poteſt alieno nomine. *l. nemo. 123. D. de diverſ. reg. iur.*

Alius pro alio non debet reſpondere cogi. *l. ſi ſine 9. §. 3. D. de interrogat.*

Alienum jurgium judices non putent ſuam prædam eſſe. *l. omnes. c. 3. ad l. Iulia. repetundar.*

Appellatio querelam iniquitatis ſententiæ continet. *l. præfecti. 17. D. de minorib.*

Appellatio quod majoribus præſtat, hoc minores reſtitutione conſequuntur. *l. præſes. 42. D. de minorib.*

Appellat.

Appellat qui prior, agat prior. *l.29. D. de iudiciis.*

Appellare non licet ab executore ſententiæ. *l. 4. in princ. D. de appellat. l quoniam* 21. C. *eod. l. ab executione 5. C. quorum appellat. non recip.*

Appellans non debet conviciari ei, à quo appellat. *l. illud ſciendum. 8. D. de appellat.*

Appellatio eorum non improbatur, qui vel unam cauſam appellandi probabilem habuerunt. *l. appellanti 13 § 1. D. de appellat.*

Appellare non licet in aliena cauſa ei, qui judicio expertus non eſt. *l.2. D. quando appelland. ſit.*

Appellantes non audiuntur, quorum non intereſt. *l 1. D. de appellat. recipiend.*

Appellatione pendente nihil innovetur. *l.3. C. de appellat.*

Appellans nullam injuriam facit judici. *l. & in maioribus.* 20. *C. de appellationib.*

Appellationum multæ ſunt occaſiones mortales. *l. cum 5. §. 1. C. de temporib. & reparationib. appellat.*

Appellatio neminem debet in ſua iniquitate tueri. *c. prætèrea. de appellat.*

Appellationi qui deferre neglèxerit, ſe beneficio appellationis reddit indignum. *c. an ſit. de appellat.*

Appellatione interpoſita procedi non debet ad ſententiam exequendam. *c. dilectus. de appellat.*

Appellationis remedium non eſt ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ inſtitutum. *c. cum ſpeciali. de appellat.*

Appellantium temeraria audacia, & effrenata frequentia eſt refrenanda. *c. quamvis. de elect. in 6.*

Appellationibus frivolis nec juſtitia deferat, nec à judice eſt deferendum. *c. cum appellationibus. de appellat. in 6.*

Arbitria ad modum judiciorum ſunt redacta. *l. 1. D. de recept. qui arbitrium.*

Arbitrium in compromiſſis perſonæ inſertum, perſonam non egreditur. *l. 45. D. de recept. qui arbitrium.*

Arbitri judicare non valent, niſi de his tantum, ſuper quibus in eos extiterit compromiſſum. *c. cum dilectus. de arbitris.*

B.

BOnæ fidei poſſeſſor eſt, qui autore judice comparavit. *l. Qui. 137. D. de div. reg. iur.*

Canones

C.

CAnones ſacri paſſim appellare permittunt. *c. cum ſit. de appellationib.*

Cauſas hominum propter occupationem judicum deperire iniquum eſt. *l. cum. 5. §. ſi tamen. 3. C. de temporib. & reparat. appellat.*

Cauſam iniquam oſtendit ſe fovere, qui adverſario ſubtrahit defenſionis copiam. *c. conſtitutis. 1. de teſtib.*

Cauſarum in proceſſibus nil vendicet odiũ, vel favor uſurpet: timor exulet, præmium aut expectatio præmii juſtitiam non evertant, ſed ſtateram geſtent in manibus, lances appendant æquo libramine. *c. 1. de ſentent. & re iudica. in 6.*

Certum tempus ubi non adiicitur, in judicis poteſtate eſt, quem diem præſtituat. *l. 1. in fi. D. de iur. deliberan.*

Coerceri debet, qui iudicem decipit. *l. debuit. 17. D. de his qui notan. infam.*

Conditio eorum, qui litem conteſtati ſunt, non ſolet deterior fieri, ſed plerunque melior.

Confeſtim decipiendũ eſt, ubi quis primum potuit prætoris copiam habere. *l. 2. §. confeſtim. 43. D. ad SCtum Turpil.*

Cõfeſſiones reorum pro exploratis facinoribus

bus haberi non oportet, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat. *l.1.§.divus 17. D. de quæſtionib.*

Confeſſio facta, coram judice non ſuo, non tenet. *c. at ſi clerici de iuditiis.*

Confitetur de omnibus, quiſquis ſe ſubterfugere judicium dilationibus putat. *c. nullus. de præſumpt.*

Cum de fraude diſputatur, non quid habeat actor, ſed quid per adverſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt. *l. generaliter 78. D. de diverſ. reg. iur.*

Cujus quis in agendo obſervat arbitriũ, eundem habere & contra ſe judicem in eodem negotio non dedignetur. *l. cum Papinianus 14. C. de ſentent. & interlocutio. omni. iudi. c. cuius in agendo. 3. q. 8.*

D.

DEcretum ubi neceſſarium eſt, per libellum id expediri non poteſt, omnia enim quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum non poſſunt expediri. *l. nec quicquam. 9. §. ubi 1. D. de offi. procon.ſ.*

Decreta quaſi ambitioſa eſſe interpretanda ſunt. *l. deniq; in prin. D. de minorib.*

Decreta

Decreta prætorum non debent eſſe eluſoria. *l.ſi prætor.75.D.de iudiciis.l.final. D.ne quid in loc.pub.*

Decreta ambitioſa reſcindi debent. *l. ambitioſa.4.D.de decret.ab ordi faciend.*

Decretum ſemel reſcindi non debet. *l. quod 5. D.de decret.ab ordi.faciend.*

Decretum non ligat ignorantes. *l.fin. D. de decret.ab ordi.faciend.*

Defenſio per plures ſciſſa adficit incommodo actorem. *l.iam tamen.5.§.7. D.iudicat. ſol.*

Delegante mortuo, expirat jurisdictio delegati. *l.& quia.6.D.de iuriſdict.*

Delegatus non poteſt ſubdelegare. *l.à iudice. C.de iudiciis.*

Delegatus ſuperior eſt & major illis, quorum cauſam ſuſcipit terminandam. *c.2.de offic. & poteſta.iudi.delega.*

De minimis non curat prætor. *l ſcio.4. D. de in integ.reſtitut.l.ſi quis.9.in final. D.de dol. ma.*

Dilatio omnis probatoria in cauſis civilibus peremptoria eſt, proinde niſi ſemel dari debet. *l.oratione.7. & l. final.D. de fer. & dilat.*

Domeſticus judicis à publicis actibus arceatur. *l.domeſticus.4.C.de adſeſſorib.*

Effrenata

Digitized by Google

E.

EFfrenata multitudo teſtium coercetur. *l. 1. in fi. D. de teſtib.*

Epiſtola judicis effectum rei judicatæ non habet. *l. 2. C. comminationes, epiſtolas, &c.*

Eventus ſententiæ dubius eſt. *2. q. 6. c. quoties 2.* & executionis incertus. *l. quod debetur. 51. D. de pecul.*

Exceptione qui tutus eſt, is moram nõ committit. *l. lecta. 40. circa fi. D. de reb. credi. c. non eſt. de reg. iur. in 6.*

Exceptionibus diverſis & pluribus nemo uti prohibetur. *l. 5 & l. nemo. 8. D. de except.*

Exceptione qui utitur, non confitetur. *l. non utiq; 9. D. de exceptio.*

Exceptio quæ non competit, nec oppoſita nocet. *l. ſi in iudicio. 23. D. de except. rei iudi.*

Exceptio debet eſſe de regula. *l. nam quod liquida §. fin. D. de penu legat.*

Exceptio peremptoria uſque ad ſententiam diffinitivam opponi poteſt. *l. Peremptorias. 2. C ſentent. reſcindi non poſ.*

Exceptio doli non ſolet nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur. *l. quicum. 19. §. 1. D. de div. reg. iur.*

Exercitatio judicii nonnullas moras habet.

l. etiam

l. etiam 15. in prin. D. ut legator. ſeu fideicommiſ.

Executio damnati ab irato principe per triginta dies debet differri, *l. ſi vindicari 20. C. de pœn.*

F.

FActum à judice, quod ad officium ejus non pertinet, ratum non eſt. *l. factum. 170. D. de div. reg. iur.*

Fidejuſſori ſemel quæſita exceptio, eo invito extorqueri non poteſt. *l. fin. D. de pact.*

Futuri temporis tractatus non pertinet ad judicem. *l. 1 §. 2. D. de uſur.*

G.

GEneraliter eas perſonas, quibus reverentia præſtanda eſt, ſine juſſu prætoris in jus vocare non licet. *l. 13. D. de in ius vocand.*

Gens ſub majori conſtituta judice, majorem ſentiet providentiam. *Novel. 15. de defenſor. civita. cap. 6. quia vero. § audient. 1.*

Grave ſatis eſt & indecens, ut in re dubia certa detur ſententia. *11. q. 3. l. grave.*

I.

Id

ID venit in compromiſſum, de quo actum eſt, ut veniret. *l.21. § plenum.6. D. de recept qui arbitrium.*

Imputet ſibi, qui compromiſit. *l. diem. §. ſtati.2. D. de recept. qui arbitrium.*

Impenſarum deductionem caſus nullus impedit. *l. fundus.51. in fine princ. D. famili. erciſ.*

Imputet ſibi, qui contrarias inter ſe ſcripturas in judicio protulit. *c. imputari. de fid. inſtrument.*

In defenſionis remedium quod ſuſtinetur, ad impugnationis materiam nullatenus extendatur. *c. cum inter. in fi. de exceptio.*

In judicando cordi magis eſt cuſtodia veritatis, quam obedientia voluntatis. *can. iudicet. 3. q. 7.*

Iniquum eſt, aliquem ſuæ rei judicem fieri. *l. Iulianus.17. D. de iudiciis.*

Iniquum eſt aut judicio deſtringi, aut ad infitiationem compelli eum, qui ſine judice dare paratus eſt. *l. lex iudicatum 16. D. iudicat. ſol.*

In judicem non conſentit, qui edi actionem ſibi petit. *l. non videtur. 33. D. de iudiciis.*

In judicium non venit id, de quo actum eſt, ne veniat. *l. ſolemus. 61. D. de iudiciis.*

In ju-

In judicio quaſi contrahimus. *l. licet.3 §. 11. D.de pecul.*

In judicio quod de feudis agitur, illud legibus noſtris contrarium dici ſolet. *lib.2. de feud.tit.1.de feud. cognit.*

In judiciis non eſt acceptio perſonarum, *c. in iudiciis.de reg.iur.in 6.*

In lite debet eſſe, qui petitoris onera ſuſtineat,& qui commodo poſſeſſoris fungatur. *l.inter litigantes.62.D.de iudiciis.*

In obſcuris ſolet contra petitorem judicari. *c.inter dilectos de fide inſtrument.§.retinenda.4.Inſt de interdict.*

In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. *c.2.q.5.in princip.*

Inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad alienum judicium trahitur. *l.2.C.de dilat.3.q.3 c.inducia.*

Inſtrumenta privata,ſi non aliis adminiculis adjuventur,ad probationem ſola non ſufficiunt. *l.inſtrumenta.5.C.de probatio.*

Intereſt noſtra, litibus non vexari. *l.minorib.6.D.de minorib.*

Intereſt multum inter advocationis officiū, & ſuæ rei defenſionem. *l.inter.54.D.de rei vendi.*

Intentio ambigua ita accipienda eſt, ut res a-

ctori

Digitized by Google

ctori ſalva ſit. *l. in contrahenda.172.§.1. D. de div.reg.iur.*

Integrum judicium eſt, quod plurimorum ſententiis confirmatur. *c. extra conſcientiam.diſtinct.64.*

Intentionem adverſarii confiteri non videtur, exceptionem objiciens. *c. exceptionem. de reg. iur. in 6.*

Interdum tolerabilius eſt, judicem, qui ſemel cognoverat, tantiſper expectare, quam judici novo rem rurſum judicandam committere. *l. prætor.13.in fin.D.de vacat. muner.*

Invitus agere vel accuſare nemo cogitur. *l. uni.C.ut nemo invitus.*

Ita judicium nocens ſubterfugit: quemadmodum ut abſolvatur, qui eſt innocens, quærit. *c.nullus. de præſumpt.*

Iudiciali ſententia quæ ſunt finita, vel amicabili pacto ſopita, nullo modo ſunt reſuſcitanda. *de confirmat. Digeſt.§ 23.* vel retractanda. *d.lo.cap.2.§.23.*

Judicem circa advocatos patientem eſſe oportet. *l.nec 9.§.2.D.de offic.proconſ.*

Judex id ſequatur, quod convenit cum ex fide eorum, quæ non probabuntur. *l. illicitas.6.§.1.D.de offic.præſid.*

Judex in adeundo facilem ſe præbeat, ſed cō-

Digitized by Google

temini non patiatur: & ſubditos in ulteriorem familiaritatem non admittat, nam ex converſatione æquali contemptio dignitatis naſcitur: nec excandeſcere adverſus eos, quos malos putat, nec precibus calamitoſorum illacrimari oportet; Id enim non eſt conſtantis & recti judicis, cujus animi motus vultus detegit: & ita jus reddat, ut autoritatem dignitatis ſuo ingenio augeat. *l. obſervandum. 19. D. de offic. præſid.*

Judicis officiũ latiſſimũ eſt. *l. 1. D. de iuriſdict.*

Judicare jubere die, quo privati futuri eſſent, nõ poſſunt. *l. eum qui. 13. §. 1. D. de iuriſdict.*

Judex omnis pœnali judicio ſuam jurisdictionem defendere poteſt. *l. 1. in prin. D. ſi quis ius dicent. non obtempera.*

Judicis boni eſt potius litem reſtituere, quam actionem concedere famoſam. *l. divus. 7. §. 1. D. de in integ. reſtitut.*

Judicium ubi ceptum, ibi & finem accipere debet. *l. ubi. 30. D. de iudiciis.*

Judicium in pendenti non poteſt eſſe. *l. non quemadmodum. 35. D. de iudiciis.*

Judiciũ ſolvitur vetante eo, qui judicare juſſerat. *l. iudicium. 58. D. de iudiciis.*

Judex de qua re cognovit, de ea pnunciare tenetur. *l. de qua re. 74. in prin. D. de iudiciis.*

Judicis

Judicis factum juri derogare non oportet. *l.1. §.1. D. de feriis.*

Judex oculis ſuis, ſi res exigat, rem ſubjiciat. *l. ſi irruptione. 8 §.1. D fini. regund.*

Judicis nullæ ſunt partes in confitentes. *l. proinde 25. in fi. D. ad l. aquil.*

Judicata res ex uno judicio non poteſt in partem valere, in partem non valere. *l. in hoc. 27. D. famil. ercis.*

Judicium non poteſt in partes ſcindi. *l. ſi familia. 48. D. famil. erciſ.*

Judicis officium eſt lites diminuere. *l. quidam. 21. D. de reb. credi.*

Judicem pro juſta cauſa corrumpere non licet. *l. 2. §. 2. D. de condict. ob iuſt. turp. vel iniuſt. cauſ.*

Judex æquitatem ante oculos habere debet. *l. quod ſi. 4. D. de eo quod certo lo.*

Judicati tempus dilationem dare, non lucrũ adferre debet. *l. 3. in fine princip. D. de uſur.*

Judex curabit, ut probatio rerum ſalva ſit. *l. curent. 22. D. de teſtib.*

Judex eſſe definit, qui ſemel bene vel male officio ſuo functus eſt. *l. Iudex. 55. D. de re iudica.*

Judicium etiam redditur in invitum. *l. inter. 83. §. 1. D. de verb. obligat.*

Judex

Digitized by Google

Judex bonus vir eſt. *l. continuus.137.§.1. de verb.obligat.*

Judex nonnunquam bene latas ſententias in pejus reformat, neq; enim utique melius pronunciat, qui noviſſimus ſententiam laturus eſt. *l.1. in princ. D. de appellat.*

Judicium ſemel adgnoſcendo renunciat excuſationi. *l. prætor.13.§. de vacat. & excuſat.muner.*

Judicia pœnalia ſemel accepta, in heredes tranſmitti poſſunt. *l. pœnalia.164.D. de diverſ.reg.iur.*

Judicium inter dominos ac ſervos conſtare nullum poteſt. *l. ſive ſervi.6.C. an ſerv. pro ſuo fact. poſt manumiſ. teneat.*

Judices omnes veritatem, & legum & juſtitiæ veſtigia ſequi oportet. *l. nemo.13.C. de ſentent. & interlocut. omni.iudi.*

Judicibus immodice ſævientibus fræni temperies eſt adhibenda. *l.2.C. de cuſtod.reor.*

Judex curare debet, ut certam ſententiam ferat. *§. curare.32. Inſt. de action.*

Judex ſubditum, ſicut pater filium, diligat. *Novel. 8. ut iudi. ſine quoq; ſuffragi. fia. c.8. eos autem. in prin.*

Judex Deo, principi & legi mundas debet ſervare manus. *Novel 17. de mandat. princip. c. oportet. 1.*

Judex

Digitized by Google

Judex terribilis ſit delinquentibus, & indevotis circa fiſcalia: manſuetiſſimus autem & mitis omnibus placidis & devotis. *Novel.17. de mandat. princip. tit. non permittas.5. in fin.*

Judici ſufficit ad perfectam fortitudinem & lex & imperii favor. *d. Novel.17. de mandat. princip. c. patrocinia.13.*

Judex lege clementior eſſe non debet. *Novel. 82. de iudicib. c. oportet.10.*

Judicis autoritas prædoni poſſeſſionem reſtituet. *3.q.1.c. Deus. in fi.*

Judices ſuſpecti & inimici eſſe non debent. *3 q.5.c. quia ſuſpecti. c. ſecundo requiris. de appellat.*

Judex bonus nihil ex arbitrio ſuo facit. *3.q.7. c. iudicet.*

Judicium qui refugit, apparet eum de juſtitia diffiſum. *11.q.1.c. Chriſtianus. in fi.*

Judici non licet juſtum judicium vendere: etſi liceat advocato juſtum patrocinium, & jurisconſulto rectum conſilium. *11.q.3.c. non licet.*

Judicium non exerceatur in tenebris. *c. conſuluit. de offic. & poteſta. iudi. delega.*

Judex uſque ad prolationem ſententiæ debet univerſa rimari. *c. cum Ioannes. de fid. instrument.*

Judice

Judice coram ſuſpecto litigare periculoſum eſt. *c. cum inter. de exceptionib.*

Judicium non debet claudicare. *d. c. cum inter. de except.*

Judicem quæ movent, non omnia exprimuntur in ſententiis proferendis. *c. ſicut. de ſentent. & re iudica.*

Judicium magis eſt integrum, quod multorum ſententiis comprobatur. *Clem. 1. §. quod etiam. de ſentent. excommunicat.*

Juriſdictionem ſibi mandatam, mandare alteri non poſſe, manifeſtum eſt. *l. ult. D. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd.*

Juriſdictio ſine modica coërcione nulla eſt. *d. l. fin. D. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdict.*

Juriſdictione mandata, totum officium iuris dicendi tranſit. *l. 1. §. 4. D. de ſuſpect. tutoribus.*

Juris executio non habet iniuriam. *l. iniuriarum 13. §. 1. D. de iniur.*

Juri convenit, non ipſos iudices ad ſubiectos deduci, ſed per datos ab his, iudices ad cauſæ examinationem in locis, ubi incuſati degunt, procedere. *l. iubemus. 37. in fi. C. de Epiſcop. & Cleri.*

Juriſdictio temperanda eſt. *l. 2. C. de pignoribus.*

Juris-

Juriſdictio delegata ad alias perſonas non valet prorogari *c. P. & G. de offic. & poteſta. iudi. delega.*

Jure diſceptare eſt juſte judicare. Non ergo Judex, ſi non eſt in eo juſtitia. *c. forus. de verb. ſignifi.*

Jus ſibi nemo dicere debet. *l. qui 10. D. de iurisdict. l. uni. C. ne quis in ſua cauſ. iudi.*

Jus dicenti extra territorium impune nõ paretur. Idem & ſi ſupra juriſdictionem ſuam velit jus dicere. *l. final D. de iurisd.*

Jus metimur ex parte actoris. *l. 1. §. 1. D. ſi pars heredita. peta.*

Juſſu judicis qui aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere neceſſe habet. *l. non 167. § 1. D. de div. reg. iur. c. quod quis. de reg. iur. in 6.*

Juſtum eſt, ut in eum jura inſurgant, qui jus & judicem, & partem eludit. *c. 1. de appellat. in 6.*

L.

Libellus alternativus regulariter tanquam incertus de jure non valet. *l. prator edixit. 7. § quod autem. 4. D. de iniur.*

Libellus

Libellus de plano dari poteſt. *l. miles.11.§.ſexaginta.6.D.ad l.Iul.de adulter.*

Litem poſt conteſtatam omnes incipiunt malæ fidei poſſeſſores eſſe. *l.ſed etſi 25.§.ſi ante.7.D.de petit.heredita.*

Litis procuratori non recte ſolvitur. *l.hoc iure 86.D.de ſolutionib.*

Litis timor recta cauſa eſt tranſactionis. *l.cum te.2.C.de tranſact.*

Litium finis nullus erit, ſi à tranſactionibus bona fide interpoſitis cœperit facile diſcedi. *l. Fratris.10.C.de tranſact.*

Lites nec immortales eſſe, nec vitas hominum excedere debent. *l. properandum.13.in prin.C.de iudiciis.*

Litis commutatione alia res eſſe incipit. *l.neque.3.C.ad exhib.*

Lite repetita, finis negotii alterius cauſæ non fiat exordium. *l.ſi quis.11.C. de reb. credit. & iureiur.*

Litem ſemel finitam inſtaurare non oportet. *l.ſi cum 4.C.de iudi.*

Lites, de quibus non eſt cogitatum, in ſuo ſtatu retinentur. *l.Cum Aquiliana.5.D.de tranſact.*

Litibus in exercendis eandem vim obtinent, tam fides inſtrumentorum, quam depoſi-

tiōnes teſtium. *l. in exercendis. 15. C. de fid. inſtrument.*

Lites litibus inculcari non debent. *c. Paſtoralis de cauſ. poſſeſ. & proprieta.*

Lites ne fiant immortales. *c. fin. de dol. & contuma.*

M.

MAnifeſta quæ ſunt, judiciarium ordinem non requirunt. *l. 41. c. prohibentur. in fi.*

Moram non facit, qui juſte ad judicium provocavit. *l. ſi quis. 24. in prin. D. de uſur.*

Morbus ſonticus, etiam invitis litigatoribus ac judice, diem differt. *l. quæſitum. 60. D. de re iudi.*

Multo magis ad excipiendum admittendus eſt, qui ad agendum admittitur. *c. qui ad. de reg. iur. in 6.*

N.

NAturale quodammodo eſt, ſuſpectorū judicium inſidias declinare & inimicorum judicium refugere velle. *3. q. 3. c. quia ſuſpecti.*

Nefas eſſe videtur in foro cauſas dicentibus: nulla præfatione facta iudici rem exponere. *l. 1. D. de orig. iur.*

Nefas

Nefas eſt poſt abſolutum dimiſſumque judicium litem alteram conſurgere ex litis primæ materia. *l. terminato.3. C. de fructib. & lit. expenſ.*

Negantis factum per rerum naturam nulla probatio eſt. *l. actor.23. C. de probat. l. Adſeveratio.10. C. de non numera. pecu.* ne falſitas veritati præjudicet, aut iniquitas prævaleat æquitati. *c. quoniam. de probat.*

Nemo poſt litem conteſtatam ordinariæ ſedis declinet examen. *l. nemo.4. C. de iuriſdict. omni. iudi.*

Neque ſine judice tranſigi, neque apud judicẽ exquiri veritas de his cõtroverſiis, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, aliter poteſt quam inſpectis cognitiſq; verbis teſtamẽti. *l.1. § 1. D. teſtament. quemad. aperian.*

Non exemplis, ſed legibus judicandum eſt, *l. nemo.13. C. de ſent. & interloc. om. iud.*

Non refert, ſordibus judicis aut ſtultitia res perierit. *l. ſi per.51. D. de evictionib.*

Non teſtimoniis ſed teſtibus eſt credendum. *l.3. §.3. D. de teſtib.*

Nõ licet in eo ꝙ nõ poteſt oſtẽdi, judicũ animos cõmovere. *l. noſtris.8 in fi. D. de calum.*

Nullus idoneus teſtis in re ſua intelligitur. *l. 10. D. de teſtib.*

Nullus tã audax invenitur, q poſſit invito ju-

dice litem protelare. *l. properandum.13.§.1.in fi.C.de iudiciis.*

O.

OFficium iudicis ubicunque pro actione proponitur.*c.2.de offic. iudi.*

P.

PAr eſt virtus teſtium & inſtrumentorum. *l.in exercendis.15.C.de fi.inſtrum.*

Paria ſunt, nihil aut obſcure reſpondere, *l. de ætate.11.§.7.D.de interrogat.*

Partem contra inauditam nihil poſſumus diffinire.*c.1.de cauſ.poſſeſ.& proprieta.*

Partium iura cum ſunt obſcura, reo favendum eſt potius, quam actori. *c. cum ſunt. de reg.iur.in 6.*

Pauperum lites gratis audiantur. *Novel. 17. de mandat.princip.cap.ſit tibi.3.*

Pauper, dum non habet, quod offerat, non ſolum audiri contemnitur: ſed etiam contra veritatem opprimitur: cito violatur auro iuſtitia; nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere numis exiſtimat. *11.q.3.c.pauper.*

Per procuratorem ſi quis defenditur, ſemper iuſta

juſta ex cauſa abeſſe dicitur. *l. neque* 36. §. 1. *D. de fideicommiſ. libertatib.*

Petitum non eſt, quod nec actor petere putaſſet, nec iudex in iudicio ſenſiſſet. *l. ſi ex teſtamento.* 20. *D. de except. rei iudica.*

Poſſeſſor bonæ fidei eſt, qui autore iudice comparavit. *l. & ſi quis* 14. §. 1. *D. de religioſ. & ſumptib. funer. l. iuſte.* 11. *D. de adquir. vel amit. poſſeſ.*

Prætor ius reddere dicitur, etiam cum inique decrevit. *l. pen. D. de iuſtit. & iur.*

Præſes cauſa cognita competenti remedio ædificiorum deformitati auxilium ferat. *l. præſes.* 7. *D. de offic. præſid.*

Prætor neminem tuetur, qui contra leges facit. *l. cum ſponſus.* 12. §. *ſi res. D. de publicia. in rem actio.*

Prætor ad arma & rixas procedere non patitur, quos poteſt iuriſdictione ſua compeſcere. *l.* 13. §. 3. *D. de uſufruct. & quemad.*

Prætor ſuſceptorem prohibet vindicari, non colluſores. *l.* 1. § 1. *D. de aleatorib.*

Prætorem non minus patri quam marito ſuccurrere oportet. *l. ſi filia.* 5. *D. de divort. & repud.*

Prætoris edictũ quamvis ſit manifeſtiſſimũ, attamen interpretatio eius non eſt negli-

genda. *l.1.* §. *quamvis.11. D.de inſpiciend. vent.*

Prætor quod in favorem partus pollicetur, aliis prædæ occaſionem præbere nō debet.

Prætor à voluntate patris nonnunquam recedit. *l.1.§.1.D.ubi pupil.morar. vel educar. debe.*

Prætor ſcienti non ſubvenit, quoniam ipſe ſe decepit. *l.1. in fi.D. quod falſ. tutor. auto. geſt. eſſe dice.*

Prætor nonnunquam variantem non repellit, & conſilium mutantis non aſpernatur. *l. nonnunquam.8. D.de collat.bonor.*

Prætor noluit ex obligationibus obligationes fieri. *l ſi ſe.4.§.3.D.de re iudica.*

Prætor quod juſſit vetuitve, contrario imperio tollere poteſt. *l.14. D.de re iudica.*

Prætor fruſtra in poſſeſſionem mitteret rei ſervādæ cauſa, niſi miſſos tueretur, & prohibentes venire in poſſeſſionem coerceret. *l.1 §.1.D.ne vis fiat ei qui in poſſeſ.miſ.er.*

Prætor de patria, non de extraneis provinciis eligendus eſt. *l.tres.2.C.de offic.prætor.*

Prætor beneficium ſuum nemini vult eſſe captioſum. *l. Paulus 8. D.de ſtipulat.prætor.*

Prætore vetante qui fecit, hic adverſus edictum feciſſe proprie dicitur. *l.qui.102. D. de div.reg.iur.*

Proba-

Probatio difficilis eſt, quanti cujuſq; interſit, & ad exiguam ſummam deducitur. *l. fin. D. de ſtipulat. prætor.*

Probationis ſpacium in ſubſidium fragilitatis humanæ regulariter eſt inſtitutum. *c. ad apoſtolicam. de regularib.*

Probationum facultas non debet coangustari. *l. quoniam. 21. in fi. C. de hæretic.*

Procurator lite conteſtata, dominus litis efficitur. *l. 4. in fi. D. de appellat.*

Q.

Quæcunq; poſt litis conteſtationem cōtingunt, arbitrium judicis deſiderant; *l. quod ſi nolit. 31. §. 13. D. de ædilit. edict.*

Quæcunq; cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt. *l. nec quicquam. 9. §. 1. D. de offic. proconſ. l. omnia 71. D. de diverſ. reg. iur.*

Quæ judici tantum nota ſunt, ſine examinatione feriri non poſſunt, quia dum accuſatoris perſona aſſumitur, judiciaria poteſtas amittitur. *2. q. 1. c. de manifeſta. in fi.*

Qui mandatam jurisdictionem ſuſceperit, proprium nihil habet. *l. 1. §. 1. D. de offic. eius cui mandat. eſt iurisd.*

Quis aſpernabitur idem jus ſibi dici, quod ipſe aliis dixerit, vel dici effecit? *l. 1. in prin. D. quod quisq; iuris, &c.*

P 4 Qui

Qui non probat, quod intendit, non protinus calumniatur. *l.1.§.3.D.ad SCtum Turpillia.*

Quis ferendus eſt ad appellationis veniens auxilium, in his, quæ ipſe facienda procuravit? *l.generaliter.12.§.1.in fi.C.de reb. credit.& iureiur.*

Quilibet citandus eſt ad actum ſibi præjudicialem. *l.de unoquoque.47.D.de re iudica.*

R.

RAtiones authenticæ plerumque ſunt neceſſariæ actori ad inſtruenda ea, quæ poſtea emergunt, ad notitiam eius ſpectantia. *l.Pomponius.8.in prin. D.famil. erciſ.*

Rebus in ambiguis abſolutum non debet eſſe iudicium. *c.fin.diſtinct.33.*

Rei in arbitrium non debet conferri, an ſit obſtrictus. *l.hac venditio.7.D. de contrahend.empt.*

Rei ſunt favorabiliores quam actores. *l.favorabiliores.125.D.de div.reg.iur.*

Religioſa loca in iudicium non deducuntur. *l.fundus.30.in fi.D.famil.erciſ.*

Rem circa ruſticam occupati in forum compellendi non ſunt. *l.1.in prin.D.de feriis.*

Repetitio

Repetitio propter autoritatem rei iudicatæ ceſſat. *l. ſi fideiuſſor. 29. §. in omnibus. 5. D. mandati.*

Repleatur ex lege, quod ſententiæ iudicis deeſt. *l. ſi ſe. 4. §. ſi quis. 5. D. de re iudica.*

Res iudicata pro veritate accipitur. *l. ingenuum. 25. D. de ſtat. homi. l. 207. D. de div. reg. iur.*

Reo quod licitum non exiſtit, nec actori licet. *c. non licet. de reg. iur. in 6.*

Reſtitutionis verbo omnis utilitas actoris continetur. *l. cum prætor.* 81. *D. de verb. ſignif.*

Reus in exceptionibus actor eſt. *l. 1. D. de exceptionib.*

Reus non ſtatim exiſtimetur, qui accuſatur, ſed qui convincitur criminoſus. *l. accuſationis. 17. in prin. C. de accuſat. 15. q. 8. c. final.* ne ſubiectam innocentiam feriamus. *d. l. 17.*

Reus non ſolum ille eſt, qui falſum de alio profert, ſed is, qui aurem cito criminibus præbet. *11. q. 3. c. non ſolum.*

Reum facit regum iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendit ordo ſerviendi *23. q. 2. C. quid culpatur.*

Reus uterque eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia ille prodeſ-

Digitized by Google

ſe non vult, & iſte nocere deſiderat. *c. 1. de crimin. falſ.*

S.

SAcramenti timore contentioſa litigantium inſtantia compeſcitur. *l. 1. C. de iureiur. propt. cal. dan.*

Scripturam calumnioſam vim in iudicio obtinere non convenit. *l. 2. D. de fid. inſtrument.*

Sententia pro alio habita, alium prægravare non debet. *l. Lucius. 21. in fi. D. de his qui not. infa.*

Sententia debet eſſe conformis libello, *l. ut fundus. 18. D. commu. divdun.*

Sententia in perſonas ſcinditur. *l. ſi qui. 10. §. 3. D. de appellat.*

Sententia in ambiguis ſpectanda eſt eius, qui eam protulit. *l. in ambiguis 96. D. de div. reg. iur.*

Sententia à non ſuo iudice lata non conſtringit. 11. *q. 1. c. in clericorum. c. at ſi clerici. de iudiciis.*

Sententia paſtoris ſive iuſta ſive iniuſta timenda eſt. 11. *q. 3. c. ſententia.*

Sententia non negatur poſſe in melius commutari. *c. cum ex literis. de in integ. reſtitut.*

Sermo

Sermo idem quoties duas ſententias exprimit, ea potiſſimum excipiatur, quæ rei gerendæ aptior eſt. *l. quoties. 67. D. de div. reg. iur.*

Servitus per ſententiam non debet conſtitui ſed declarari. *l. ſicut. 8. §. etſi. 4. D. ſi ſervit. vindicet.*

Singulorum ſententia ad pœnam non facit. *l non diſtinguemus. 32. §. cum in plures. 13. D. de recept. qui arbit.*

Sola ſententia, non genus criminis ſpectatur. *l quod. 12. D. de pœn.*

Solutione vel judicium pro nobis accipiendo, & inviti & ignorantes liberari poſſumus. *l. ſolutione. 23. D. de ſolut. l. 53. D. eod.*

Solutum ex cauſa judicati repeti non poteſt. *l. cum putarem. 36. D. famil. erciſ.*

Suffragium accipere à judicibus, totius nequitiæ eſt principium & terminus. *Novel. 8. ut iudic. ſine quoque ſuffrag. fiat in præfat. § cogitatio. 1. verſ. admonitiones.*

T.

TAntum ad reſtitutionem indulgentia valeat, quantum ad correctionē ſententia ualuit. *l. fin. § fin. C. de ſentent. paſ.*

Tempora-

Digitized by Google

Temporalia ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum. *l.5. §.fin. D. de dol.mal. & met.except.*

Teſtimonii domeſtici fides improbatur. *l. etiam.3.C.de teſtib.*

Teſtibus honeſtioribus potius fides adhibetur. *l.iuriſiurandi.9.C.de teſtib.*

Teſtis unius reſponſio non audiatur. *d.l.9.§.1.C.de teſtib.*

Teſtis idoneus in re propria nemo reperitur. *l.omnibus.10.C.de teſtib.*

Teſtimonium privatum ſuperfluum eſt, cum publica monumenta ſufficiant. *l.in donationibus 31.C.de donat.*

Teſtimonium nullus dicat niſi ieiunus. *c.1. de teſtib. & atteſtationib.*

Teſtimonio nullius, niſi iuratus deponat, debet credi. *c.licet.de teſtib.*

Teſtis falſidicus trib⁹ perſonis eſt obnoxius: primum DEO, cuius præſentiam contemnit: Deinde iudici, quem mentiendo fallit: poſtremo innocenti, quem falſo teſtimonio lædit. *c.1.de crimine falſi.*

Tribunal æterni iudicis illum reum non habet, quem iniuſte Judex condemnat. *c. 1. de ſentent. & re iudica.in 6.*

V.

Digitized by Google

VEroſimile non eſt, eam quæ arguitur, non ex fide cauſam ſuam defenſuram, cum periculum capitis ſubeat. *l.1.C.ad l.Cornel. de falſ.*

Victus in expenſarum cauſa victori eſt condemnandus. *l. properandum.13.§ ſiue autem. 6.C.de iudiciis.*

Viribus non ſubſiſtunt, quæ fiunt à iudice, ſi ad eius non ſpectant officium. *c. ea quæ. de reg.iur.in 6.*

Vox omnis iudicis iudicati non continet autoritatem. *l.ex ſtipulatione.7.C. de ſentent. & interlocut omni.iudi.*

FINIS.

CLA.

Clariſſimi atque Doctiſſimi Viri, Dni

M. CASPARIS GABRIELIS RASORIS, CÆSAREI CASTRI

Fridebergenſis Secretarii dignissimi

VIRIDARII EXPLICATIO.

I.

SOEpe ſolent teneri ſub ſpinis creſcere flores.
Sic homo ſub tribulis vivere ſæpe ſolet.
Qualiter occiduis ſpecies, quæ arridet in horto
Floribus, inde virens, eſt cinis inde, Roſa.
Sic ſua non conſtans mundo vaga Gloria, vanæ
Gloria abit primo diſperituræ die:
Miſcet amarorem nobis Deus undiq; dulcem;
Et ſtabilis nuſquam gratia honorque manet.

Tu

Tu ſeros Ludovice paras viridaria in annos,
Qui quoq; ad Elyſios perpetuentur agros.
Namque mori Themis alma vetat ſua floris, honoris
Semina, dum ſuperum filia regna colit.
Nata virent hyemis viridaria tempore veſtra:
Vlla nec hæc glacies, nixve pruina fugat.

I I.

In Zoilum ἐπιχαιρεκακόν.

NEquicquam noſtros premis invide Mome labores,
Livor adeſſe bonis ſuevit, obeſſe nequit.
Quē Deus indulſit, curnā mihi Zoile honorē
Præripis? Aſſervat, quas dedit, autor opes.
Dic, age ſucceſſu curnam marceſſis amici?
Indignumq; tuis te facis ipſe bonis?
Æmulus es Satanæ, quē me relevātia torquēt:
Χαιρεκακὸν quoniā pectus (vt ipſe) geris.
Deq; meo cœlo proprium moliris avernum:
Supplicium, vitium eſt, inſidioſe, tuum.
Me fruſtra exagitas; vanū facis imꝓbe votū,
Res mea ſarta manet, ſpes tua lenta cadit.
Te, quoniā in ſociis cœleſtia lumina ſpernis,
Nō locus in ſuperis (lux ubi vera) manet.

Vſq;

Digitized by Google

Vſq; adeo inſanire libet? præſcribe ſupremo
Mome, ſua effundat dona quouſq; modū.
Invidia haud felix plenus, ſed preſſus habetur,
Virtutis livor nā ſolet eſſe comes.
Invidiam potiore loco, miſeramine pono:
Fortunæ livor nam ſolet eſſe comes.

IN VIRIDARIVM JURIDICUM LUDOVICI Gilhauſen MARpurgenſis: J. U. Doctoris Fridebergæ Wederaviorum pro tempore Advocantis:

Epigrammata Joannis Guilelmi Roſabachii Fridebergenſis, Eccleſiaſtis Ansbachiani.

I.

PATRIA, *præſtantum Genetrix fœcunda virorum,*
De te promittat quid ſibi ſcisne, TVA?
Scis LUDOVICE, *doceſq; palam te ſcire: docenti*
Heſsiacus PRINCEPS *annuit ipſe tibi.*

Ille

Ille fideiuſſor tibi, ſacro flumine tincto,
Cum pietate ſimul nomen habere dedit.
Ille dabit porro; poteris quod nomen idipſum
Ampliter in terris condecorare ſuis.
Id quod & auſpiciis hodie felicibus audes,
In lucem, iuris dum ſacra ſcripta geris:
In quibus ad ſeriem ſolerti colligis arte,
Quæ variis dudum ſparſa fuêre libris.
Inſers illa tuo viridario; & ordine monſtras
Singula, quæ fuſe corpora iuris habent.
Hinc de te ſpondet ſibi patria plurima, Princeps:
Heſſiacusq; fide, nomine quemq; refers.
Perge, vir excellens, ſtudiis modo corde fideli;
Mecœnas aderit mox tibi dives ope.

II.

ARcanam reſerat non clavis qualibet arcam:
Nec legum codex omnibus uſq; patet.
Ergo facis bene: quod Legum Clariſſime Doctor,
Nunc reſeras iuris dogmata, clave tuâ.

Sic

Sic reperire licet ſinuoſo è corpore cauſas;
Per te ſic arcti Codicis arca patet.
Macte tuis auſis, ſi vis Themidiq; Tuisq;
Et longum famæ conſuluiſſe tuæ.
Non decet hunc tacitis vitam exercere ſub umbris,
Qui poſt extremos vult ſupereſſe rogos.

III.

Expetis in iuris libros Epigrammata noſtra;
Quos dabis in lucem dexteriore ſtylo.
Ipſe gero morem: (quid enim tibi iure negarem?)
Quamvis à noſtro ſint aliena foro.
Ergo cum nequeam de illis ſpeciale referre
Iudicium, capias hoc generale: Vale.

Ansbachii prid. Non. Novemb.
Anno ſalutis 1601.

EPI-

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΕΛΛΗΝΟΡΩΜΑΙΚΟΝ IN VIRIDARIUM JURIS, DNI D. Ludovici Gilhauſen/ per M. Melchiorem Colerum in imperiali Gelnhuſa Scholæ Romanæ Rectorem concinnatum, &c.

LAudibus eſt olitor dignus, quem cura laborque
Exercet flagrans, nocteſq; dieſq; fatigat,
Hortus odoratis ut ſit cultiſſimus herbis,
Quæ male diſpoſitas blãda dulcedine mentes
Afficiant, triſteſque ferant ex corpore morbos.
Quis non miretur, quis non ſuper aſtra VIRETUM
GILHVSII *ferat? in cuius penetralibus almi*
Legum multiplici flores cum fœnore proſtant,
Qui medicina bonis ſunt, & medicina ꝓ ſanis.
Aureolum hoc pratũ, mira utilitate refertũ,
Perluſtres ſtudioſa cohors, tibi culta MINERVA
Immortale decus ſpondet, laudeſq; perennes.

Muſa Cœlo Beat.

Ἄξιος

Digitized by Google

Ἄξιος ἐστ' ἀγανῶν ἀνὴρ καρπωρὸς ἐπαίνων,
Ὧ νύκτας τ' ἦμαρ χερσίν τε ποσίν τε μέμαλεν,
Δαίδαλον εὐώδεσσι πόης τευχέμμεν ἀλωὴν,
Ταὶ πραπίδεσσιν ἀέξωσιν βαρυπενθέσι τέρψιν,
Καὶ παύωντι νόσοιο βροτοὺς βεβαρηότας οἶστρα.
Τίς μὴ ὑπερβολάδην πολυανθέα κᾶπον ἀείρῃ;
Ὃν ΛΟΔΟΒΗΚΟΣ ἀνὴρ εἰδὼς καλὰ μήδεα τεῦξεν;
Εὔπνοα ἰθυνόμῳ ἄνθη περιφέροντα θέμιστος,
Νήδυμον ἄλκαρ ἐόντ' ἀγαθοῖς, καὶ ἄκεσμα κακούργοις·
Χρύσεον τὸν λειμῶνα, καὶ ἄφθονον ὄλβον ἔχοντα,
Ἀονίδων διαβαῖνε χορὸς, σοφοεργὸς ΑΘΑΝΑ
Ἀθάνατον βιότοιο γέρας, δόξαν τε πορασεῖ.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google